3 sitio est q; † seruus vel infamis nō potest esse testis in testamento.l.qui testamento.§.seruus.ff.eo.z supra proximo.§.serui esti z infames a testimonio repelluntur.l.quoniam liberi.C. de testi.l.iij.l.iulia.ff.de testi.c.preterea de testi.cog. ergo videt satis esse si opponēs dicat q; vnus ex testibus erat seruus vel infamis ex tali cā z necesse habebit aduersarius replicare. z dicere q; licet esset seruus tamen cōmuni opin.reputabatur liber vel famis.z hanc cōmunē opi.probare.z ita dicebant ipsi cū q̄bus etiā pertransit.d.Alex.in.d.l.j.nec obstat fm eos text.noster.z in.d.l.j.q; ista verba de quibus hic non erant excipiētis. sed replicantis hoc modo agebant petitione hereditatis instituti in testō cōtra venientes ab intestato q; possidebāt hereditatem excipiebant venientes ab intestato q; testim̄ non valet: q; vnus ex testibus erat seruus replicabāt instituti q; dato quod vnus ex testibus esset seruus tñ cōmuni opi.reputabatur liber tunc temporis qñ adhibitus fuit testis in testō modo rñdet imperator: q; si ita est cōmuni opi.seruus reputaretur liber eo tēpore quo adhibitus fuit ī testē in testō q; subuētū est testō z vz testim̄.z iam iuste possunt obtinere hereditatem .z sic vt vides ista verba q; cōmuni opi.reputaretur seruus liber nō erāt excipientis.vt dicit Bart. q; nō erat ei necesse hoc allegare ex eo q; habebat intētionē suā fundatā de iure cōmuni.sed ipsius replicantis.Vel scdo possumus rñdere ad text.in.d.l.j.q; vult ibi hoc imperator: q; si heredes scripti ꝓbāt seu ꝓbare se offerūt q; testes tempore testamēti reputabantur cōmuni opin.liberi tunc frustra laborāt venientes ab intestato probare q; testes tē pore testamēti erant serui.sed si heredes scripti nō ꝓbassent de cōmuni opi.tunc bene satis esset si ipsi venientes ab intestato testem fuisse seruū nec fuisset eis necessariū ꝓbare in exceptiōe sua q; cōmuni opi.reputaret seruus.z ista est cōmunis opi.Aduerte tñ ad predicta: q; lz dicant doc.q; sufficiat excipienti dicere q; vnus ex testibus in testō adhibitis erat seruus vel infamis vt supradictum fuit tamen erit opus vt etiā exprimat causa quare est infamis ita ꝓbat casus reputatus singu.in.c. p̄sentium.§.testes in ver.figillatim.de testi.in.vj.z ita dixit Bar. in d.l.j.in fi.cū quo ibi omnes pertrāseunt.C.eo.z rō est q; vbicūq; excipitur cōtra aliquē de crimine vel defectu dz semp specifice:z figillatim opponi alias talis exceptio nō cōcludit ita ꝓbat casus singu.in prealleg.§.testes.z idē dixit Bart.in.l.iij.in fi.ff.de libe.z posth.z idē dixit glo.in cle.cōstitutionē in ver.cō substātialiū.de elec.z in.c.vnico in ver.circunstan.de cle.egro. in.vj.z Bal.in cōsi.incip.cōe litignan. vbi tradidit hāc regulā q; vbi aliquis vel agēdo vel excipiēdo aliquē sibi damnū dedisse in re sua.z nō exprimat quomodo damnū datū fuerit q; non dz audiri idē ipse tenet in cōsi.incip.factū tale petrus nicole ꝛc. vbi no.q; vbicunq; aliqs asserit cōtractū aliquē simulatuz eē si non exprimat ex quo capite sit simulatus non dz audiri de quo cōsi.fecit festū Paul.de cast.in cōsi.xxv.incip.sup primo dubio clara est rñsio facit qd dixit Bal.in.l.si quis testibus.C. de testi.q; vbi aliquis opponit cōtra testē asserēs illū esse inimicū q; si non exprimat genera inimicitie dz succumbere facit qd dixit ipse idem Bal.in.l.turpia.ff.de leg.j.q; vbicūq; statutuz punit diffamantē alium dz intelligi qñ diffamās venit ad speciē delicti facit qd in simili dixit idē Bal.in.c.licet cām in.ij.col.de ꝓba.q; si aliquis agat iter dicto turbatorio q; dz exprimere modum turbationis facit qd dixit Bart.in.l.j.§.interdictū.ff.vti possid.vbi dixit q; quādo alicui obijcitur dolus debet deuenire ad speciem vide etiam text.in.c.q̄.de sentē.excom.in.vj.facit quod in simi.dixit Bar.in cōsil.incip.visa accusatiōe porrecta vbi dixit q; si aliquis accusat aliquem q; dedit damnuz in re ad eum pertinente z non exprimit iure dominij vel possessionis q; ipse debet succumbere q̄uis cōtrariū dixerit Bal.in.l.domū. C.de rei vendi.non faciens mentionē de Bart.in prealleg.to cōsi.z de hac etiā specificatiōe criminū faciēda vide Rom.cōsil.cc̄c.incip.omnipotentis postulato suffragio videas etiam no.per Bar.in.l.iij.§.lege iulia.ff.de testi.in.l.j.in.iij.col.de excep.z Bal.in autē.si dicatur in fi.C.de testi.z in.l.edita in repe. paduana.ī ver.xv.oppono.predicta tñ omnia limita fm qd̄ voluit Paul.de cast.in consi.xxv.vbi dixit q; non est necesse q; sigillatim exprimatur per excipientem de crimine vel defectu si tamē in probationibus post sigillatim probetur z allegat Jo. and.in.d.c.presentium in nouella z hāc etiam sniaz secutus fuit do.meus in.d.l.j.allegans pro hoc dicto glo.no.z peregrinam in.d.l.j.§.si quis argentum.ff.depositi.z in.l. pomponius scri-
4 bit si frumentum.ff.de rei vend.vbi dixerunt glo.q; † licet libellus incertus admitti non debeat.l.si ad rem.ff.de rei ven.et in l.fi.C.de annal.excep.tamen si postmodum sequatur probatio certa tunc subsistentatur talis libellus.z ita tenet Inno.in.c. cū dilectus de ordi.cogn.z spe.in tit.de offi.iudi.§.desinit ver.q̄d si libellus.z ista no.q; notanda sunt fm.d.meuz in.d.l.j.q̄ quasi predicta omnia retulit.vide Are.dsi.cccl̄xxxiij.in anno presenti q; sufficit dicere tu non potes esse ꝓcurator q; sacerdos non autem dicere nisi in tali z tali causa z nos nō sumus in illo. Sz vlterius queritur an idem sit in excōmunicato infami vel alias inhabili q; si communi opi.reputetur famis.z non excommunicatus possit adhiberi testis in testamento glos.reputata fin. in.l.cum lege in fi.ff.eo.dixit quod idem erit.z illam gl. sequuti fuerunt Jaco.de rauenna Cy.z Bar.in.d.l.j.C.eo.z ibi cōmuniter doc.Bart.in.d.l.cum lege.z in.l.j.in.iiij.col.C. de secun. nup.z in.l.cassius ad fi.ff.de senat.z in.l.ij.in.j.col.C.de senten.z d.meus in.d.l.j.contrarium tamen z q; iste text.nō procedat in alio inhabili puta infami vel excommunicato tenet Ange.in.d. l.j.C.eo.cum quo pertransit ibidem Fulg.mouentur autē ipsi z maxime Ang.per text.in.d.l.j.in ℞.in hac causa tractari quasi velit dicere secus si hec esset in alia causa q̄ testamenti.l. cum p̄ tor.ff.de iudi.c.nonne de presump.mouentur etiam.z secundo per.§.nostrum:naz hic dicitur q; diuus Seuerus z Antonin⁹ per suum rescriptum gratiosum in hoc casu subuenerunt testō ex sua liberalitate:vt hic dicitur ergo manifeste patet qd̄ isto casu testamentuz erat nullū iure ciuili inspecto:ideo casus iste non debet extendi extra casum in eo compreh̄ensum.l.quod vero.l.ius singulare.ff.de leg.pro hoc etiam facit fm Fulg. quia non videtur esse tanta ratio in alijs inhabilibus sicut in seruis quia frequentius fm eum contingit qd̄ serui reputentur liberi alleg.text.in.l.iusto.in princ.ff.de vsuca.qui tamen text. videtur potius dicere contrarium:vt dicit.d.Alex.in.d.l.j.nam ibi dicitur qd̄ frequēter liberos pro seruis emimus.sed pro Raph. facit text.in.l.q; difficile.ff.de contraben.empt.z ex istis ēt ipse Ange.inferebat qd̄ text. iste non procederet in alijs actibus in quibus testes ihabiles cōi opi.reputati habiles adhibiti fuissent:qñ dicit ipse istud tñ est speciale in testō cui fuit subuētuz per rescrip.principis vt hic.z supradictū fuit:non obstat dicit ipse si allegares p opi.gl.in.d.l.cū lege text.in.l.ad testiū.§.conditionē.ff.eo.vbi mutatio ꝺditionis testis adhibiti in testō nō nocet ipsi testō:qñ dicit ipse illud est verū qñ a principio erat habilis.sed post fuit effectus ihabilis:sed qñ a principio erat inhabilis.z post effectus est habilis vel qñ a principio reputabat habilis.z post detectus est inhabilis ille text.de hoc nō loquitur: tu tamen per predicta licet subtilia z elegantia sint nō recedas a communi opin.d.glos. nec obstat inquantum dicit ipse Ange.qd̄ iste casus est exorbitans a reg.iuris communis ideo non est extendendus extra terminos proprios.d.l. quod vero quia respondet:vt respondet.d.meus.z.d.Alexan.in.d.l.j. videlicet q; dato q; in † exorbitantibus non debeat fieri extensio ad alios casus non expressos tamen illa regula fallit nisi essemus in fauorabilib⁹ vtputa quia subesset fauor publice vtilitatis vel alia fauorabilis causa ita dixit Barto.in.l.si constante in.ix.q.principi.prime partis.ff.solu.matri.z per Bart.post

glo. in l. ij. ff. exercitum. ff. de infamibus modo sic dispositio huius tex. est in fauorē publice vtilitatis inducta: idest gratia cōseruandi testamēti interessentis reipublice. l. vel negare. ff. quē ad. testa. aper. l. z qz. ff. de interroga. melior tex. de corpore iuris z ibi glo. z Bal. in l. gallus. ff. quid si is. ff. de libe. z posth. ergo sequitur q̄ poterit extendi extra propriuz casum vt nedū procedat in teste inhabili ratione seruitutis: sed cuiuscunq; alterius inhabilitatis cum semper subsit eadē ratio publice vtilitatis. i. conseruandi testamenti. Vel scdo ego rñdeo z dico q̄ licet in exorbitantibus nō debeat fieri extensio tñ fallit nisi rō esset expressa in casu exorbitanti: qz tunc possumus extēdere illum casum exorbitantē ad limites rōnis expresse vbicūq; enim ratio est generalior dicto legis dz extēdi ad limites rōnis. l. pater filiuz. ff. fundi. ff. de leg. iij. l. cum pater. ff. dulcissimis. ff. de lega. ij. gl. in cle. j. de elec. gl. iñcto tex. in l. tres fratres. ff. de pac. c. cū sit generale de foro cōpe. text. z glo. in l. si cōmunes edes. ff. de nego. gest. modo sic ratio quare est q̄ seruus cōmuni opi. reputatus liber si adhibetur testis in testō testiū non vitiatur est ppter cōem errorē qui ius facit z fauor testamenti conseruandi vt hic per glo. et in. d. l. j. sed hec eadem ratio habet locū qñ adhibitus fuit alius inhabilis cōmuni opi. reputatus habilis in teste: in testō qz subest rō erroris publici z fauor testamenti cōseruandi. ergo nō est mirū si casus iste loquēs in teste inhabili respectu seruitutis ad aliā inhabilitatē extēdit p hac opi. facit qđ dixit Jo. an. in addi. ad spe. in ti. de teste. ff. vī q̄ est seruus z in addi. que icip. vt dicit ibi vbi dixit q̄ tex. iste q̄ vult q̄ seruus reputatus liber cōmuni opi. sit idoneus testis i testō q̄ procedet etiā si sit error in etate vel sexu qđ dictū etiam retulit. d. meus in. d. l. j. dicēs ppetuo no. z sic vt vides text. iste non est restringēdus tantū ad inhabilitatē testis respectu seruitutis. sed etiā alterius inhabilitatis puta sexus vel etatis p hoc etiā ego adduco qđ dixerūt doct. in simili in l. barbarius. ff. de offi. presi. vbi doc. extendunt. l. illā loquētē in seruo ad excōmunicatum: vel infamem vel aliter inhabilē. z ita teneas. ¶ † Secundo no. ex eisdē verbis oiuz consensu z. q̄ ad hoc vt seruus sit idoneus testis in testō est necesse q̄ oium consensu reputet liber q̄ tñ intelligē nō cōsensu oium totius mundi: qñ impossibile esset q̄ omnes homines totius mundi reputarēt istū liberum. sed intelligas q̄ iste reputabat liber ab omnibus qui verisimiliter scire potuerunt vtputa a vicinis propinquis z amicis notis facit ad hoc glo. in l. j. C. de sentē. que pro eo q̄ int. in ver. subtilitatem in fi. facit glo. in l. cum quidam. ff. quoddam el
7 ij. i ver. obstetrices. ff. de acqui. here. Uniuersalis † enim loquutio recipit restrictionem actus cui attribuitur glo. in l. fina. C. sine censu vel reli. l. inter omnes. ff. qui satisda. cog. z ibi glo. facit tex. in l. iij. ff. ad macedo. z in l. cenodorus. C. eo. z per bart. in l. de minore. ff. si plurium in. ij. q. ff. de questio. facit casus no. quem allegat Jhau. de ca. in. d. l. j. z post eū. d. meus in. c. ad nostram el. iij. de iureiur. vbi ille qui iurat in oibus causis obseruare ordinez iudiciariū dz ista vniuersalis loquutio restrigi ad causas in quibus ordo iudiciarius obseruandus est. hinc dicebat Bar. in l. j. ff. nunciatio in. iiij. col. quē refert Jo. de pla. hic et Bal. z Saly. in. d. l. j. C. e. q̄ si testis deponit q̄ oēs sic dicūt q̄ propter hoc nō dicetur falsus qz debet intelligi q̄ omnes dicunt. s. de ea re loquētes de hoc vide per Siculuz in. c. j. de iur. cal. in. iij. charta hinc etiā dixit Bart. in. d. l. inter oēs z ibi Cynus z ceteri q̄ si notarius dicat in instrumēto q̄ talis reformatio processit de cōsensu oium de cōsilio intelligitur de oibus. s. presentibus ita est dicendum in proposito q̄ licet dicat tex. iste
8 q̄ ad hoc vt † seruꝰ sit idoneus testis in testō sit necesse q̄ oiuz consensu sit reputatus liber dz restringi ad oēs qui verisimiliter debent habere notā eius cōditionē: sed hic cōtingit dubitare an sufficiat q̄ maior pars eorū qui habebant notitiam de seruo reputēt ipsuz liberū an vero oēs indistincte de eo notitiā habentes reputent ipsum liberū Spe. in tit. de test. ff. j. ver. q̄d si tantum dixit q̄ sic. z ita etiā tenuit Ang. in. d. l. ad testiū hanc etiā partem sequutus fuit Jo. fab. hic vt refert. d. Alex. in. d. l. j. z Jo. de pla. in. ij. col. in medio licet de predictis mentionem nō faciat monenk aūt ipsi qz dato q̄ tex. iste velit q̄ de cōsensu oium iste seruus reputet liber tñ satis dici pōt oium cōsensu reputari liber ex quo maior pars ipsum reputat liberum allegat tex. in l. q̄ maior. ff. ad municip. p hoc etiā facit fm. d. Alexā. in d. l. j. ná iste tex. z tex. in. d. l. j. videtur solū requirere q̄ fama sit q̄ iste seruus reputet liber. z ita in terminis dixit Bart. in. d. l. de minore in vlti. q. prin. ff. de quest. dum alleg. tex. in. d. l. j. C. e.
9 sed † vbicūq; lex requirit q̄ sit fama satis est probare q̄ maior pars ita teneat vt no. gl. in. l. iij. ff. eiusdē in ver. fama. ff. de test. z per Bar. in. d. l. de minore in. ij. q. ergo sequitur q̄ in casu nō sufficit p bare q̄ maior pars cognoscentiū ipsuz seruū tenebāt ipsum liberū. p hoc etiā facit fm eū: nam vī satis excusatus testator si talez in testē exhibuit ex eo qđ maior pars ita tenebat et hanc partē etiā dicit firmasse expresse Bar. in. d. ff. qđ dicit quod in casu nostro sufficit q̄ pro maiori pte ita reputat. Idez etiam dicit fuisse de mente Anto. de but. in. c. cum quid per nouale in. v. col. de ver. sig. z Raph. fm euz in. d. l. j. qui dicebat q̄ non ob. tex. in. l. si arbiter. ff. de proba. si forte allegaret contra predicta qz ille tex. loquitur in casu specialissimo. s. memoriā nō extare pro qua responsione allegat dicta per spe. in tit. de proba. in. ff. proba. ver. illud autem sciendū. z qđ not. Anto. de but. in. d. c. cū quid per nouale in vltima col. de ver. sig. cōtrariā tñ partem. z quod sit necesse q̄ ab omnibus qui hoc verisimiliter scire debuerant indistincte talis seruus reputetur pro libero tz Jmo. in. d. l. ad testium mouetur autē ipse sic a verbis legis nō est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. prospexit. ff. qui et a qui. ad quem non adaptant verba legis non adaptatur z eius dispositio. l. iiij. ff. toties. z ibi per Bar. ff. de damn. infec. l. iij. ff. gessisse. z ibi per Bar. ff. de admi. tuto. sed tex. in. d. l. j. z hic videntur requirere duo. vnum est qđ dictus seruus ab omnibus liberorū loco habitus fuerit vt pz hic z ibi in ver. oium consensu liberoruz z c. ergo sequit q̄ maior pars nō sufficiet qui enim omne dicit nihil excludit. l. a procura. C. man. l. iulianus. ff. de lega. iij. c. si romanor xix. di. l. is qui ducenta. z ibi not. ff. de rebꝰ dub. Secundo etiam videtur requirere iste tex. q̄ vsq; ad illud tempus quo fuit in testem in testamento adhibitus q̄ nullus ei qōnem status moverit. vt hic. z in. d. l. j. ibi nec quisq; esset qui qōnem ei status moueret. ergo vī dicendum q̄ si alter istorum deficiat. s. vel q̄ omnes vnanimiter non reputent ipsum liberū vel aliquis ei moverit status cōtrouersiam qđ non erit idoneꝰ testis. l. j. ff. per cōtrarium in vtrunq; occurrere debet. ff. de tute. et ra. distra. l. si heredi plures. ff. de cōdi. isti. vnde ipse finaliter concludit q̄ siue isti seruo ab aliquo fuerit mota questio status q̄ indistincte siue fuerit reputatus liber a maiori parte siue nō q̄ non erit idoneus testis. idem etiam ipse dicit quando nullus mouisset sibi questionem status tamē ab omnibus indistincte nō reputebatur liber qz dato q̄ a maiori parte reputaretur tamen hoc non sufficiet. z hoc per verba dicti text. in. d. l. j. z hic debuit enim imputari isti testatori qui talem adhibuit in testez de quo verisimiliter dubitare debebat an esset liber debuit emutationem viā eligere. c. inuenis de spō. hāc etiā opi. secutus fuit hic Are. maxime qñ testator aliū idoneum testem habere poterat qz erat in illo loco copia hominum. l. scire opz. ff. si qs duas ff. de excu. tut. z q̄ ibi Bar. nec erat tempus pestis nec in rure allegat not. in. l. de etate. ff. ad treb. z not. per Bart. in. l. ff. C. e. hanc etiaz opi. videtur secutus ipse Bar. quā refert Jmo. vbi supra in. d. l. j. prope fi. C. eo. vbi dixit Bart. q̄ sufficit ad hoc vt seruus repellatur probare q̄ erat dubiuz de statu suo inter homines ipsum cognoscentes. Et pro hac opi. ego adduco nam casus iste. z. d. l. j. est exorbitās a regula iuris cōmunis que est vt seruus non sit idoneus testis in testamento. d. ff. testes. z. d. l. qui testamento ergo restringendum est ad propium casum in quo loquitur nec ampliare ipsum debemus. l. ius singulare. et l. qō vero. ff. de leg. cum vul. sed ille tex. proprie loquitur qñ ab omnibus reputabatur liber ergo intelligamus ab omnibus proprie videlicet qñ nullus discentiebat. d. ff. vtrum cum vulg. non autem qñ a maiori parte tantū pro hoc etiam facit tex. in l. si rē. ff. omnis. ff. de pig. ac. iñc. tex. in. l. q̄ diu. C. de distrac. pig. vbi pbant q̄ vbicūq; lex facit mentionē de isto ver. omnis nō sufficit fieri p maiori parte vt ibi habet. cū ergo tex. noster req̄rat q̄ cōsensu oium iste seruus reputet liber lequit q̄ nō sufficiet cōsensus maioris ptis. Pro hac etiā opi. adduco qđ dixit Bal. in. c. canonū. in prin. extra de cōsti. z in. l. fi. C. sine cēsu vel reliqs z ipz retulit. d. meꝰ i. d. l. j. z. d. alex. i. l. iter oēs. C. q̄ satis. cog. q̄ si testis vel notarius in instrō dicat q̄ omnes canonici interfuerunt z postmodum appareat vnuz solū non interfuisse q̄ totum instrumentū reditur falsum ergo ita dicamus in proposito q̄ cum tex. iste requirat q̄ seruus iste fuerit habitus p libero q̄ non sufficit maior pars sed indistincte omnes nullo excepto debeant hoc tenere. Et si vellemꝰ hanc partē sustinere possemus rñdere ad adducta pro cōi sententia z primo non ob. d. l. q̄ maior qz ipsa loquitur in his que gerunk per vniuersitatē ad eorū cōmodū vel preiudiciū quo casu sufficit maiorez partem consentire vt ibi. z in. c. j. de his que fiunt a maio. parte capi. que ratio cessasset in casu nostro. z ita respon. Jmo. in. d. l. ad testium. Vel secundo possemus respondere q̄ illud qđ maior pars facit omnes fecisse dicūtur procedit ex interpretatione abusiua z impropria. vt patet in. d. l. q̄ maior in ver. pro eo habetur q̄ est verbum abusiuū z in pprium. l. mercis la scda. ff. de verbo. significa. facit qđ dixit Bar. in. l. si maritus sit in magi-

stra. ff. leg.

stra. §. leg. iulia vbi aliud est esse ciuē ⁊ aliud haberi pro ciue facit quod not. per Barto. in. l. is qui pro emp. sed in casu nostro non debet fieri ista interpretatio in propria maxime cuꝫ simus in exorbitantibus a iure communi quo casu verba sunt proprissime intelligenda. d. l. ius singu. ⁊. d. l. q̄ vero ⁊ fuit supradictuꝫ cum ergo text. noster dicat q̄ est necesse q̄ seruus iste ab omnibus sit reputatus liber intelligam proprie; ideſt nemine dissentiente non autem pro maiori parte. ⁊ sic improprie. Nec id quod dicebat dominus Alexan. q̄ in casu nostro sufficit probari per famam q̄ iste seruus reputetur liber: quoniam ego dico q̄ istud nullibi probatur ⁊ dato q̄ Bartol. istud velit in. d. §. si plurium tamen hoc nullo iure probat: sed dico q̄ erit necesse p̄bare q̄ consensu omniuꝫ iste seruus reputetur liber vt proprie requirit text. iste. ergo non sufficit probare per maiorem partē d. §. verum cum alijs superius allegatis ⁊ pro hoc patet q̄ substineri potest opi. Imo. ⁊ Are. hic contra communem. Tertio not. ex eisdem verbis in eo tempore quo testamentum signare tur q̄ ad hoc vt testamentum valeat in quo seruus fuit in testamento adhibitus valeat sufficit probare q̄ eo tempore tantuꝫ quo fuit adhibitus reputabatur ab omnibus liber non autem est necesse probare de anteriori tempore ita colligebat etiam Barto. in. d. l. j. C. eo. per illum text. ⁊ Jo. de pal. post eum hic. ⁊ sic ex hoc prestatur forma articulandi in hac materia videlicet vt dicatur q̄ talis testis tempore conditi testamenti reputabatur liber vel seruus. itē etiaꝫ addatis vt articulus sit perfectus ab omnibus scientibus et cognoscentibus eum per ea que fuerunt dicta supra in precedenti not. in princip. ⁊ ita dicit Bart. in. d. l. j. ⁊ hic Joan. de pla. Nunc descendo ad glo. ⁊ capio glo. primā positam super verbo sed cum liberalitate ⁊ pro intelligētia istius glo. premitte q̄ istud verbum liberalitate in text. nostro positum sumitur hic per glo. pro libertate sicut in toto titulo de liberali causa quasi vellit dicere text. iste q̄ diui seuerus et Antoninus subuenerunt isti testamento in quo fuerunt serui adhibiti in testes communi opi. reputati liberi propter libertatem istorum seruorum non autē assumas liberalitate pro donatione seu largitate prout sumitur in titu. de dona. modo sic isto stante arguas contra istum text. hoc modo dicitur in text. isto q̄ diuus seuerus ⁊ Anto. subuenerunt testamento vbi serui fuerunt adhibiti testes si tamen tales serui communi opi. reputabantur liberi ⁊ hoc propter libertatem istorum seruorum sed certe imperator male loquitur quod si isti erant serui vt p̄sumitur quomodo potuit diuus seuerus ⁊ Antoninus subuenire tali testamento propter libertatem talium seruorum cuꝫ certum sit quod serui nullam habent libertatemꝫ iuxta text. supra de iure perso. in prin. cum vul. Ideo propter hoc est facta glo. nostra que dixit quod subuenit imperator seuerus ⁊ Anto. testamento ex sua liberalitate. s. putatiua: vt sit sensus quod subuenit imperator testamento propter libertatem putatiuam istorum seruorum qui dato quod essent serui tamen communi opi. reputabantur liberi ⁊ propter hoc subuenit testamento. tamē iudicio meo iste intellectus glo. videtur mihi multum alienus a mente huius text. nec erat necesse expositio ista. Postmoduꝫ
10 glos. colligit vnum notabile ex hoc q̄ † plus valet quod est in opi. q̄ quod est in veritate naꝫ vt vides hic si consideraremus veritatem istud testamentum non debuisset valere: quia in eo seruus fuit adhibitus vt in. §. precedd. si vero cōsideramus opi. et tunc testamentum valeret qꝛ fm opi. testis dicitur esse liber ex quo ita reputabatur et istud attendimus vt hic. ergo ptꝫ q̄ plus valet quod est in opi. q̄ quod est in veritate allegat glos. text. in. l. iij. §. fꝫ si qua. ff. de leg. j. ⁊ de offi. presi. lege barbarius. Postmodum arguit contra ⁊ q̄ immo plus attēdi debeat qō est in veritate q̄ quod in opi. adducit casum in. §. si quis rē suā. j. de leg. vbi not. text. q̄ si quis leganit rem alienam credēs sua q̄ legatum non vꝫ sed si attenderemus opi. deberemus dicere q̄ tale legatum valeret tanq̄ rem suaꝫ legasset ex quo ita i opi. habebat tamen qꝛ consideramus potius veritatem qꝛ res in veritate non erat sua legatum non valet. vt ibi glos. non soluit. Sed tu solues fm. d. Christo. hic q̄ ibi loquitur quando sing. opi. contradicebat veritati quo casu verum est q̄ magis attenditur veritas q̄ opi. hic vero loquitur quando communis error: contradicebat veritati quo casu attenditur magis opin. q̄ veritas vt hic. ⁊. l. j. C. eo. ⁊. l. barbarius. ff. de offi. preto. cū vul.
11 ⁊ ita sit exposita ⁊ declarata glos. ¶ † Circa predicta tamen an magis sit attendendus error: vel veritas post Areti. hic habes regulas istas. prima est regula q̄ si est error singularis seu particularis. ⁊ tunc prefertur veritas opin. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊. d. §. si rem facit glos. in. l. j. §. quesitum aliter est lex quesitum. ff. quando actio de pe. an. sit. Secunda est regula q̄ si error sit communis. ⁊ tunc si reipu. interest vt opi. seu error preferatur. ⁊ tunc prefertur error veritati ita loquitur text. noster nam quia intererat reipu. testamenta conseruari. d. l. vel negare quemadmodum testamenta aperiā. l. et qꝛ. ff. de interroga. act. cum vul. ideo iste communis error qui reputabat istos seruos liberos prelatus fuit veritati et idem probat text. in. l. barba. ff. de offic. presi. ⁊. l. j. C. eod. Secus vero si publica vtilitas suaderet vt veritas preferretur communi errori: quia tunc prefertur ipsa veritas. l. q̄ non ratione. ff. de leg. l. decernimus. C. de episco. et cleri. Tertia est regula q̄ si attēto communi errore ⁊ non veritate actus valet. ⁊ tunc prefertur error. et ita probat casus noster hic. ⁊ text. in. d. l. j. Aut vero attento communi errore actus non valeret sed attēta veritate sic et tunc magis attenditur veritas q̄ error communis ita singu. dixit Bald. in. l. ij. C. de senten. allegat ad hoc glo. singu. que tamen male hoc probat fm do. meum in. d. l. j. in. l. cum lege. ff. eo. Ex quo infert ipse Bald. ibi q̄ si in casu nostro fuisset adhibitus in testamento aliquis testis qui communi opi. reputatus foret seruus vel infamis cum ésset liber vel famis q̄ valeret testamentum attenta potius veritate q̄ communi opi. ⁊ pro hoc dicto videtur glos. in. d. l. j. in prima glo. in versi. vt valeat testamentum. ⁊ ibidem istud tenet Fulgo. pro hoc allegans. l. item si cum putaui in fi. de nego. gest. ⁊. l. ij. §. qui ignorauit. ff. de iur. et fac. ignoran. pro hac etiam opi. facit fm do. Alexan. in. l. j. id quod dictum fuit supra in precedē. regula videlicet q̄ communis error prefertur veritati quando reipu. interest q̄ communis error habeatur pro veritate sed in casu proposito non interest reipu. q̄ communis error habetur pro veritate immo redundaret in ipsius preiudicium quia attento isto communi errore testamentum rumperetur. ⁊ sic generaretur ipsi reipu. p̄iudi. d. l. vel negare. ⁊ ideo non attendere debemus ipsum communem errorem sed ipsam veritatem. Quarta est regula q̄ qñ sumus in casibus in quibus publica vtilitas nō suadet q̄ error habeatur pro veritate nec q̄ veritas magis attendatur q̄ opi. et isto casu si errans vult damnum euitare pretextu erroris et communis error facit ius et ipsum magis attendimus q̄ veritatem. l. iij. ad mace. l. cenodoxus. C. e. Aut vero illius qui errat non interest q̄ error habeatur pro veritate. ⁊ tūc magis attēditur veritas q̄ opi. l. j. §. fi. ⁊ ibi gl. ff. qñ ac. de pe. ante sit. l. fi. de here. insti. ⁊ ita tenet Barto. in. d. l. barba. post Jacob. but. et Are. hic de hac tamen materia vide per Ly. in. l. decernimus. C. de epis. ⁊ cleri. per Saly. in. d. l. cenodoxus per Bar. in. l. ij. de sup. leg. per Bald. in. d. l. ij. C. de sen. ¶ Capio glo. in versi. signaretur pro huius glo. expeditione arguo contra istum text. hoc modo conditio testis debet inspici tunc temporis quādo examinatur. l. iij. §. due cause. ff. ad carb. vnde q̄ quis iste seruus tempore testamenti haberetur vt liber tamen ex quo tempore examinationis est detectus seruus sequitur q̄ nō poterit vt seruus examinari. l. quoniam liberi. C. de test. Propter hoc est facta glo. nostra que dicit q̄ debet intelligi text. iste in testamēto
12 in scriptis siue etiam nuncupatiuo in † scripturam redacto manu tabellionis: quoniam de consuetudine statur talibus testamentis. ita in scripturā redactis manu publici tabellionis siue testes deſierint siue non. ⁊ sic valebit testamentum cum non sit necesse q̄ testes examinentur sed credatur tali instrumēto sine testibus. Et ita dicebat glos. q̄ quidam sic dicebant generaliter intelligentes text. istum. Sed glo. ipsa dicit q̄ inquantū isti volunt q̄ credatur testamento in scriptis vel nuncupatiuo redacto in scripturam manu publici tabellionis etiam sine testibus. ⁊ sic volunt q̄ verificetur text. iste in casibus istis dicit gl. q̄ attenta hac cōsuetudine bene loquuntur vtroq; casu. fꝫ nō stante hac cōsuetudine. dicit glo. q̄ text. iste non potest verificari nisi in testamento in scriptis. Ratio est: qꝛ testamento in scriptis creditur etiam sine testibus tam de iure q̄ de consuetudine. Et ideo isto casu substinebitur testamētum: qꝛ testes nō habent necesse deponere. Sed in testamento nuncupatiuo circū scripta consuetudine text. iste nō procederet qꝛ non creditur de iure testō nuncupatiuo ⁊ in scripturā redacto nisi prius examinentur testes qui in eo affuerunt cum in eis consistat tota substantia testamēti. ⁊ sic isto casu testiū nō poterit probari cuꝫ testes in eo adhibiti nō p̄nt deponere dicit tū glos. q̄ testiū in se valebit fꝫ non possit probari. Et hoc dicit glo. tua vsq; ibi q̄d si seruus factus. aduertas primo circa istam gl. qꝛ inquātū glo. ista vult q̄ credaꝫ testō in scriptis etiā sine testibus dꝫ intelligi de testō in scriptis redacto i scripturā manu publici tabelliōis q̄n tūc isto casu bñ eis credit sine testib⁹ vt p̄ gl. in. l. ij. ff. quē. te. ap. Secus vero si testiū nō esset redactū in scripturā manu publici tabellionis: qꝛ ei nō crederet fꝫ est necesse q̄ testes ipsi recognoscant sigilla sua ⁊ subscriptiōes lege si q̄s ex signatoribus. ff. quēad. test. aper. ⁊ sic nō posset verificari textus iste cū

habeãt testes necesse in casu isto deponere. ꝛ ita intellexit glosam istam Barto. in l. j. C. eodẽ ꝛ Joã. de plat. hic. ¶ Item in quantum glo. vult ꝙ non credatur testamento nuncupatiuo in scripturã redacto sine testib⁹ de consuetudine sed nõ de iure si quidẽ glo. intelligit de testõ redacto in scripturã manu primati ꝛ tunc nõ bene loquitur qꝛ nec de cõsuetudine nec de iure tali testõ credit sine testiũ depositione. ¶ Si vero loquit de testamento nũcupatiuo redacto in scripturã manu publici tabellionis. ꝛ tunc etiam male loquitur qꝛ tali instrumẽto creditur sine testibus tam de iure ꝙ de consuetudine. ꝛ ita tenet Bar. ꝛ alij in l. heredes palam. in prin. ff. eodem. ¶ Et sic vtroq; casu posset verificari text. iste sine simus in testamento in scriptis sive nũcupatiuo quando esset redactum in scripturam manu publici tabellionis quia vtroq; casu statur instrumento sine testibus vt supradictum fuit. ¶ Item inquãtum vult glo. ista ꝙ etiam iste potest verificari in testamento nũcupatiuo qꝛ bene valebit testamentum: sed non poterit probari. qꝛ testes in eo adhibiti non possunt deponere cum sint detecti serui sed certe secundũ hoc modicam ex hoc vtilitatem consequeremus si non posset probari. ¶ Unde dicas post Are. hic ꝛ Bar. in d. l. j. ꝙ poterit esse vtilitas quando de tali testamento nũcupatiuo esset cõfecta publica scriptura qꝛ illa probabit nec erit necesse productio testium vt supra visum fuit argumento legis cum precib⁹. C. de proba. ꝛ qõ no. in l. heredes palam in princ. ff. eodem. ꝛ l. fi. C. de fideicommiss. ¶ Item potest esse vtilitas ſm Bald. in d. l. j. in fine poli qꝛ quocunq; ingenio possit heres habere de istis bonis poterit ipsa retinere sine peccato allegat Inno. in c. qꝛ plerisq; de immu. ecc. Item poterit esse vtilitas si pars fateatur testamentũ sic esse factum sed dicat nõ solẽne qꝛ vnus ex testibus effectus est seruus qꝛ tunc nõ est necesse ꝙ tenor testamenti deponat cum probetur per confessionem. Item poterit esse effectus si testes deposuerũt i iudicio anteq; appareat de hoc defectu: nam testimonium semel reditum non vitiabitur lꝫ detegatur postea aliquis defectus in testamento facit qõ not. in l. furti supra de his qui no. infamia ꝛ qõ no. in §. si vero quis in autẽ. de testi. col. vij. ꝛ in Spec. de testi. §. j. ver. quid si erat et se. ꝛ quod habetur in. c. factum legitime de reg. iur. in. vj. et isti erant effectus qui poterant resultare ꝙ testamentum valeat lꝫ non possit probari per testes in eo adhibitos ꝛ istos ponit hic
13 Are. post ꝛ glo. ꝛ. d. l. j. ꝛ Imo. in. d. l. ad testiuꝫ. §. j. ¶ † Capio vltimam partẽ gl. in qua querit glo. quid si aliquis testis postq; fuit adhibitus in testamento effectus fuerit seruus vel infamis an si velit recognoscere sigillum suũ possit ꝛ glos. determinat ꝙ non per casum. ff. ad carbo. l. iij. §. due cause. ¶ Modo nunc est videndum an glos. dicat verum tam respectu nostri. §. videlicet an si seruus cõmuni opinione reputatus liber fuit in testamento adhibitus in testem ꝛ postea detectus fuerit seruꝰ examinari possit in iudicio ꝛ suaꝫ recognoscere subscriptionẽ. ¶ Item etiam est videndum an ꝙtum ad questionem per gl. factaꝫ videlicet si aliquis in veritate erat liber ꝛ post fuerit seruus factus possit examinari in testẽ ꝛ possit recognoscere subscriptionem suam ꝛ sigillum. tamen qꝛ doctores pmixtim bas. q. videtur pertractare ita etiam ego pertractabo ꝛ quidẽ bar. in l. j. C. eodem ꝛ latius in lege ad testium. §. conditionem. dicit ꝙ glo. male loquitur nam dicit ipse post Azo. in summa huius tituli cum quo transiuit Fran. tig. in. d. l. j. vt refert. d. Alexã. ibi ꝙ aut testis culpa sua mutauit conditionem vtputa qꝛ post testamẽtum est effectus infamis ex suo delicto. ꝛ tunc dicit Bar.
14 fateoꝛ † ꝙ debet attendi conditio testis ſm tempus in quo producitur in iudicio ꝛ non testamenti ꝛ isto casu fateoꝛ ꝙ non potest examinari in iudicio. ꝛ ita procedat casus in. d. §. due cause allegatus per glo. sed quando testis mutasset conditionẽ sine sua culpa post testamentum vt fuit in casu nostro quia fuit detecta seruitus sine sui culpa. ꝛ tũc ipse dicit ꝙ bene poterit deponere in iudicio nec attendetur tempus examinationis in iudicio sed testamenti tantum. ꝛ ita procedat casus noster hic. ꝛ in dicta lege prima. C. eodem. ꝛ ita dicit ipsa limitandam legem: quoniam liberi. C. de testi. que vo. ꝙ seruus non potest examinari in iudicio nam debet intelligi nisi tempore actus ad quem fuisset adhibitus communi opinione esset reputatus liber vt hic ꝛ cum hac etiam sententia Azo. pertransiuit Cyn. in l. j. C. eodem pro hac opinio. etiam facit quod dixit Bartol. in. d. l. ad testium in fine et vidimus in preced. §. post alios vbi diximus quod licet alias cecus non possit esse idoneus testis in testamento vt in lege si non speciali. C. eodem et ibi per doctoꝛ tamen si testis tempore quo fuit adhibitus in testamento in testem non erat cecus: sed postmodum est effectus cecus poterit testificari. ¶ Contra tamen ꝛ quod ista opinio. Azo. non procedat tenet Fulgo. in dicta lege prima. C. eodem dicens hanc opinio. esse contra text. in dicta legẽ quoniam liberi qui indistinc. loquitur. et ideo ipse transibat cum opinio. glos. ¶ Secunda fuit etiam circa hec opi. Dy. ꝛ Jaco. de are. vt refert Bart. in. d. l. ad testium cum qua videtur pertransisse Jo. fab. hic vt refert do. Alex. in. d. l. j. qui fortius dixerunt ꝙ quando testis adhibetur ad solennitatem alicuius actus vt est in testamento in quo testes pro solennitate adhibentur et isto casu defectus superueniens in persona testis quantumcunq; ex culpa sua seu delicto nõ impedit testificari in iudicio. allegãt text. in lege ad testium. §. conditione z. ff. eodem vbi text. indistincte dicit ꝙ conditionem testis in testamẽto adhibiti debemus cõsiderare ſm tempus testamenti. et si tunc tẽporis idoneus erat si postea aliquid in persona eius cõtingerit non debet obesse vt ibi habetur et etiam per text. nostrum. ¶ Aut vero dicunt ipsi testes non fuerunt adhibiti ad solennitatem actus: sed ad probationem tantum vt est regulariter in omnibus contractibus ad quorum substantiam ꝛ validitatem non requiruntur testes imo valent sine testib⁹: sed tm apponunt ad ꝓbationẽ: nã in casu isto bene inspicitur conditio eorum tempore quo in iudicio producuntur ad probandum. ꝛ ita procedat casus in. d. l. quoniam liberi ꝛ dicto. §. due cause. ¶ Et pro hac opin. adducebat Imo. in. d. l. ad testium ꝛ domi. Alexan. in. d. l. j. casum in c. j. an remoueri debeant testes qui pares esse desierunt in vſi. feudo. c. j. si inter domi. ꝛ vassa. de inuesti. lis crimi. pro hac etiã opin. adducebat domi. Alexan. glos. in l. notionem. §. instrumẽtorum. ff. de verbo. significatio. ꝛ in l. iij. §. lege iulia. ff. de testi. ꝛ glo. in. d. l. ad testium ꝛ vidimus in prece. §. vbi voluit glos. ꝙ in casibus in quibus testes adhibentur ad solennitatem consideramus conditionem ipsorum ſm tempus ipsius actus celebrati. si vero sumus in casibus in quibus testes adhibentur ad ꝓbationem non autem ad solennitatem. ꝛ tunc consideramus tẽpus examinationis sed ista erat ratio Bal. in. d. l. j. licet domi.
15 Alexan. non alleget. † ꝛ ideo referebant ibi glos. ꝙ impubes non erit idoneus testis in testamento dato ꝙ testificetur postea factus pubes: quia in testamentis testes adhibentur ad solennitatem actus. et ideo debent esse idonei tunc temporis secus vero in contractibus quia impubes bene poterit esse idoneus testis qꝛ in illis testes non adhibentur ad solennitatẽ sed ad probationem. ideo sufficit ꝙ sint idonei tempore probationis ꝛ examinationis. ergo ita dicamus in proposito quod cum testes in testamento adhibeantur ad solennitatem testamenti debeamus considerare conditionem testium ſm tempus testamenti ꝛ non depositionis seu examinationis. ¶ Pro hoc etiã ipse adducebat nam dato quod testes mutauerint conditionẽ suam ex delicto suo non debet ex hoc infringi facultas probandi vltimam voluntatem testatoris ne sibi ex delicto testis preiudicium inferatur. l. nõ debet alteri de regulis iuris. ¶ Pro hoc etiam adducebat ipse et etiam ista fuit ratio Bald. in di-
16 cta lege prima quod dicimus in simili quod † notarius qui fuit officio tabellionatus ex aliqua causa priuatus puta de falso licet non possit noua instrumenta conficere tamen potest instrumenta de quibus antea fuerat rogatus perficere vt per Ang. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edendo. per Bartol. in l. barbarius. ff. de officio preto. et in dicta lege ad testiũ per Joan. de pla. hic et Are. facit glos. not. in capitulo vt officium in versiculo ad premissa de here. in. vj. que voluit idem esse in notario facto monacho qui dato quod non possit noua instrumenta conficere antiqua poterit autenticare de quo etiã per Fulgo. in l. quicunq; ff. de fide instrumentoruꝫ. ꝛ Joan. de
17 pla. facit etiam quod dicimus in simili quod licet † iudei non possunt nouas synagogas construere antiquas tamen possunt reparare. c. consuluit de iudeis. l. fina. C. eodem. et ibi dixit do
18 minus Anto. quod si de † quolibet instrumento debeat solui gabella quod non soluetur de instrumento antiquo refecto facit text. in lege prima. §. si quis edificium. ff. de operis noui nunciatio. et quod ibi per docto. ergo eodem modo dicamus in
19 proposito quod licet † post testamentum effectus inhabilis ad testificandum in futurum: tamen poterit reddere testimonium de his in quibus primo fuerat adhibitus in testem. et eo magis hoc debet esse verum cum valeat argumentum de notario ad testem lege domitius labeo. ff. eodem et cum hac opinio. Jacob. de Are. et sequatium transiuit etiam Bald. in dicta lege prima et Paul. de castro et cuma. in dicta lege ad testium. Sed dicit Imol. in dicta lege ad testium quod hec opinio Jacobi de Areti. et sequatium non videtur de iure vera et contra ipsos dicit quod fortiter facit text. in dicta lege quoniam liberi. et dicto. §. due cause: que iura indistincte
20 volunt quod † testes debent esse habiles tempore examinationis ergo indistincte debent intelligi in quocunq; casu sive

simus

simus in actu in quo testes adhibeantur ad solēnitatez siue ad
probationem semper testes debent esse habiles tempore exa-
minationis lege de precio de pub.lege tertia de offic.presidis.
lege in fraudem in fi.ff.de testamen.mili.cum vulg. Contra opi
nionem Dyni allego Ange.in.d.l.j.glo.in auten.de instru.cau.
§.q;si tabellio in ver.defunctus vbi dixit glo.sin.ibi secundum
21 Ang.q; si † tabellio damnaꝫ de crimine famoso vel deportatus
fuerit z reuocetur in dubium an instrumentum scriptum p euz
ante condēnationem sit scriptuz sua manu non poterit sup hoc
esse testis ita est dicenduz in proposito si dubitatur an illud sit
sigillum vel subscriptio testis non debet ipse testis mutata cō-
ditione admitti z pro hac opinione Jmo.ego adduco id quod
voluit Bart.in.l.j.§.seruus el secundo.ff.de que.vbi not.dixit
Bar.q; quando testes mutant conditionē facto proprio z nō
facto partis q; debemus inspicere tempus examinationis te-
stium z non actus celebrati: sed ita fuit in proposito nostro q;
testes isti sua culpa z delicto z non facto partis mutarunt con
ditionem: ergo attendemus tempus depositionis z non actus
celebrati sed certum est q; si istud tempus attēdimus q; hoc tē
pore non sunt idonei testes ergo ꝛc. ¶ Tertio pro hac opinio
ne etiam ego adduco nam testes in testamento non solum adhi
bentur ad solēnitatem z substantiam testamenti sed etiam ad
probationem immo potius ad probationē q; ad substantiam
ita dixit Bart.in.l.j.ff.de condi.inde.z in lege cum quis.C.de
iur.z fac.igno.ergo sequitur q; vtroq; tempore tam confectio-
nis testamenti q; probationis debebunt esse habiles: vbicūq;
enim in persona alicuius plures concurrunt qualitates vterq;
qualitati debet se conformare lege z si pretor.ff.de offi.eius le
ge si pater.§.qui duos.ff.de adop.facit qō dixit Bal.in.l.fi.in
22 princip.in.ij.col.C.eodem de leg.vbi dixit q; si † pater legauit
filio libros iuris ciuilis si efficiatur doctor in iure ciuili z si effi
ciatur doctor in medicina legauit sibi libros medicinales q; si
postmodum iste filius efficiatur doctor tam in medicinis q; in
iure ciuili q; habebit libros vtriusq; facultatis z ipsum referūt
et sequitur Oldrad.in lege titie textores in fi.ff.de lega.primo
ergo ita dicamus in proposito quod cum in istis testibus in te
stamento adhibitis concurrant qualitates testimoniorum ad-
hibitorum ad probandum z ad solēnizandum vtriusq; qualita
ti debebunt se conformare. z ideo debent esse idonei a princi
pio vt debent esse testes adhibiti ad actus solēnitatem vt per
glo.in.d.§.l.iulia z vidimus in prin.§.item debēt esse idonei tē
pore examinationis z depositionis vt debent esse testes adhi
biti ad probandum ex quo'eniz funguntur isti testes partibus
testium adhibitorum ad solēnizandum actum z ad probanduz
debent sapere eorum naturam lege si eum.§.qui iniuriam.ff. si
quis cau.l.iij.§.hec stipulatio vt legato no.cau.cum vul.
¶ Quarto pro hoc adduco nam integrioris debent eē status
testes qui adhibentur ad solēnizandum q; testes qui adhiben
tur ad probandum.patet per ea que dixit glo.in.d.§. lege iulia
et in.d.l.notionem.§.instrumentorum vbi vol.glo.q; testes ad
hibiti ad solēnizandum actum non solum debent esse idonei tē
pore depositionis z probationis ipsius actus sed etiam tēpo
re confectionis ipsius actus: z ideo dicebat ibi gl.q; pupillus
vel seruus non erunt idonei testes in testamento dato q; pupil
lus factus pubes deponat vel seruus fact? liber q; ex quo ad
hibentur ad solēnitatem actus debent esse nedum idonei tem
pore probationis z depositionis: sed etiam tempore actus ce
lebrati sed non sic in aliis casibus in quibus testes adhibentur
ad probationem q; satis erit testes fore habiles tempore pba
tiōis. z ideo pupillus pubes factus vel seruus factus liber po
terit deponere de is qui vidit in pupillari etate et seruitute cū
ergo integrioris vt vides debēt esse status testes adhibiti ad
solēnizandum q; testes adhibiti ad probandum: z testes adhi
biti ad probandum vt patet debent esse idonei tempore proba
tionis ergo multomagis debebunt esse idonei testes inducti
ad solēnizandum z ad probādū vt sunt testes in testamento ad
23 hibiti. ¶ Quinto facit nam ratio quare est q; testes infames
criminosi vel aliter inhabiles non admittuntur ad testificandū
est quia lex presumit propter prauitatez vite eorum cellaturos
veritatem: iuxta ea que habentur per totam legem tertiam.ff.
de testibus fac.c.semel malus de regulis iuris in.vj.sed ista ra-
tio habet locuz siue testes deponant de his que viderunt ante
inhabilitatem siue post quia ex quo sunt facti male vite lex pre
sumit eos falsa dicturos dicto capitulo semel: ergo sequitur cū
eadem ratio sit prohibitiōis in ipso teste siue a principio actus
celebrati esset inhabilis siue etiam postea efficiatur inhabilis
q; vtroq; casu eadem erit iuris dispo. lege illud ad leg.acquil.
lege atici.de verborum obligatio.cum vulg.et maxime in casu
nostro debemus dicere istos tales ita effectos criminosos et
inhabiles non posse deponere in casu nostro cum lex multum
de falsitate timeat lege finali.C.de fideicommis. hinc videmus
q; illos testes qui in aliis actibus admittuntur hic prohibuit
vt patet in femina que licet in aliis casibus sit idonea testis.
et.l.ex eo.ff.de testibus tamen in causa testamenti est inhabi-
lis vt vidimus late in preceden.§.ergo multomagis debemus
dicere istos infames et inhabiles effectos non posse depone
re in causa testamenti cum in eo requiratur multum testes ido
nei et maximus versetur falsitatis timor. ¶ Et ista erant que
videbantur mihi posse adduci pro opinio. Jmol. et glos. no-
stre et si vellemus substinere hanc opinionem possemus respō
dere adducta per Jacob.de are. Barto. Azo. et alios nec ob-
stat modo text. in dicta lege ad testium.§. conditionem quia
possumus respond.primo vt respond. Jmol. quia text. ille non
dicit quia non debeat inspici tempus examinationis in teste
24 adhibito in testamēto. † Sed bene dicit ille text. q; nō debet
inspici conditio testis qualis esset tempore mortis testatoris
quasi velit dicere ille text. q; non inspiciatur immutatio contin
gens in persona testis in medio tempore inter tempus testa-
menti et tempus examinationis in iudicio q; est tempus mor-
tis testatoris q; est medium inter tempus depositionis et te-
stamenti sicut dicimus in fi.in lege si in conditione.§.solemus.
ff.de heredi.instit.non autem negat quin etiam debeat attendi
tempus etiam examinationis in tali teste. ¶ Vel secundo re-
spond.ipse q; ibi non reuocabatur in dubio voluntas testato
ris: sed solum solennitates quia dicebatur q; tempore testa-
menti non fuerant adhibiti testes idonei vt dicebat glos. no-
stra hic et in dicta lege prima. ¶ Non obstat etiam secundum
eum textus in dicta lege prima quia eodem modo ipse dicit q;
ibi solum disputabatur de valore testamenti an valeret testa-
mentum in quo seruus reputatus cōmuni opinione liber erat
adhibitus in testem et determinat ibi text. q; sic non autem di
cit ille text. quod seruus detectus si expediat quod ipse depo-
nat in iudicio quod deponere possit et sic proprie vult illa li-
tera. ¶ Vel etiam secundo respondeo quod in casu dicte.l.
prime solum dicitur quod testes erant serui tempore testamē
ti non autem ibi dicitur aliquid de tempore quo debebant de-
ponere in iudicio. ¶ Non obstat etiam textus noster secun-
dum eum quia eodem modo possumus respondere prout re-
sponsum fuit ad dictam legem primam quia idem casus ponu-
tur hic et ibi. nam vt vides hic textus iste solum se refert ad
tempus conditi testamenti dicendo quod valet illud testamē
tum in quo seruus qui communi opinione fuerat reputatus
liber fuit adhibitus ac si in veritate liber fuisset non autem ibi
dicitur quod tales testes detecti serui si expediat ipso in iudi
cio deponere quod possint. non obstat etiam text. in. d.c.j. an
remo.de.ꝛc. quia dicit ipse ibi nō superuenit in persona testis
defectus respiciens seruitutem vel infamiam vel alium defe-
ctum qui verisimiliter detrahat de fide testis. et ideo ibi faci-
lius admittitur testis ad testificandum hic autem secus dicta
lege: quoniam liberi et.d.§.due. ¶ Non obstat etiam dicta glos.
in dicta.§. lege iulia quia possumus respon. et fateor quod te-
stes adhibiti ad solennitatem actus debent esse idonei tem-
pore actus sed tamen non dicit ibi glos. quod testes adhibiti
ad solennitatem actus si postmodum efficiantur inhabiles q;
possunt deponere in iudicio et certe non dicta lege: quoniam
liberi et dicta.§.due. ¶ Vel secundo dico quod testes adhibi
ti ad solennitatem actus debent esse idonei tempore actus ce
lebrati et testes adhibiti ad probanduz debent esse idonei tem
pore probationis: sed ego dico quod testes in testamento ad
hibentur ad vtrunq;.scilicet ad solennizandum et ad proban
dum ergo debebunt esse idonei tam tempore testamenti tan-
q; solennizantes et tempore probationis tanq; probantes cū
enim in ipsos plures concurrant qualitates vtriq; qualitati
debent se conformare vt supra dictum fuit. ¶ Non obstat dic-
ta.l.non debet alteri cum similibus. quia idem etiam debere
mus dicere etiam quando testes fuissent adhibiti ad proban
dum vt casus superueniens in persona testium non deberet of
ficere ipsis contrahentibus sed istud est falsum ergo. ¶ Vel
secundo possumus respondere qō imperfectis et consumatis
25 casus superueniens in † persona alterius non debet alteri no
cere vnde fateor quod cum testamentum a principio fuerit re
cte solennizatum et celebratum non vitiabitur per casuz super
uenientem in persona testium: sed ipsa probatio cum adhuc
non fuerit perfecta bene vitiabitur sicut si testes ipsi fuissent
26 mortui. ¶ † Non obstat q; dicimus de notario qui licet post
q; fuit depositus ab officio tabellionatus non possit noua in-
strumenta conficere potest tamen antiqua reparare quia dico
quod speciale est ipso notario propter reliquas precedentis

officij facit casus in.l.fi.ff.de decurio.in ver. in memoriam p̄cedētis dignitatis facit optimus casus in.l.vnius.§.seruꝰ eius in ver.in memoriaꝫ p̄ioris dñi.ff.de que.facit qđ dixit Ro.in l.j.ff.de cōdi.inde.sed nō sic est in teste. ¶Uel scđo possumus respon.vt respon.Bal.in.l.ij.C.de sen.ꝛ ita dicebat.d.Alex.in d.l.j.posse respon.ꝛ sic per hec patet q defensari p̄ōt opi.glos. amoꝛsibus Dy.Jac.ꝛ Bar.ꝛ q varioꝛ vī opi.Jmole ꝛ cū hac etiā opi.glo.transiuit Fulg.in.d.l.j.ꝛ Jac.but.ꝛ Ray. ¶Certia fuit opi.Ang.in.d.l.j.ꝛ Ang. in.d.l.ad testiū nā ipse dixit q aut loquimur in testō.ꝛ tūc si testis mutauit cōditionem absq culpa sui.ꝛ tūc nō obstāte hac mutatiōe poterit admitti ad testificādū ꝛ hoc speciale est fauoꝛe testamēti ꝑm eū ꝛ ita p̄cedat opi.Azo.p̄imo relata aut vero sumus extra causam testamenti.ꝛ tūc ipse dicit quomodocūq ipse testis mutet cōditionem siue ex sua culpa siue nō poterit admitti ad testificādū ꝛ ita dicebat ipse saluek opi.glo.ꝛ sequatiū nō referēdo eā ad tex.sed simpliciter eā intelligēdo ꝛ hanc etiā opi.retulit Jo. fabri hic vt refert.d.Alex.in.d.l.j.de quo Ang.nō fecit mentionē ꝑm eū mouenk autē ipsi p casum in.d.l.j.C.eo.in ver.in hac causa vbi vī velle tex.q hoc sit speciale in hac cā testamēti vt testes qui detecti fuerūt serui p̄sūt deponere ergo erit secus in alijs mouenk etiā secūdo per tex.nostrū in ver.ex sua liberalitate subuenire testō vbi imperatoꝛ ex sua liberalitate ꝛ gratia subuenit testō ergo dispositio istius tex.nō erit extendenda extra casuꝫ testamēti.l.ius singulare.l.q vero.ff.de.ll.cuꝫ vul.ꝛ ita residet Ang.Sed Jmo.in.d.l.ad testiū dicit q hec opi.Ang. inquātū vult q testis qui mutauit cōditionē suā sine culpa sua possit testificari in cā testamēti nō vī iure p̄bari.nā dicit ipse iste tex.et tex.in.d.l.j.in quibus se fundat Ang.hoc nō ꝓbat quin istis testibus dicitur tantū q testiū valet nō aūt dicit q testes si opus fuerit possint examinari in iudicio.itē q̄tū dicit Ang.q opi.gl. pōt saluari nō referēdo ipsaꝫ ad tex.etiā in hoc male loquutus est iudicio meo qꝛ gl.nostra.hic in exp̄sso in fine dicit q seruus factus post signationē testamēti nō poterit recognoscere sigillu suū vel suā subscriptionē ergo cōtra istā opi.Ang.te.d.Alexan.in fi.qōnis dicēs q cōtra suā opi.est tex.in.d.c.j.an remoueri debebāt ꝛc. ¶Quarta fuit opi.Bal.in.d.l. ad testiū vcꝫ
27 q vbicūq apparet q † testes fuerūt rogati p̄sūt semp deponere in iudicio nō ob.defectu superueniente allegat glo.singu. in aut.de testi.§.ꝛ lꝫ in fi.in ỹ.supplicijs que vo. q qñ testes sunt a ptibus rogati dicūtur approbati a ptibus.ergo sequitur q cōtra personas illoꝝ nō poterūt postmodū aliquid opponere.l.si quis testibus.C.de testi.ꝛ cū.d.glo.in ver.supplicijs trā siunt Ang.in.d.l.j.ꝛ hanc rōnez dixit Jmol. q Bald.assumpsit post Jaco.de bel.in.d.§.ꝛ lꝫ ad fi.Sed Jmo.in pallegata.l.ad testiū postq̄ retulit p̄dictam opi.Bal.dicit q etiā hec opin. Bal.iure non p̄obatur qꝛ illud qđ glo.dicit in.d.§.ꝛ lꝫ nō probatur per.tex.illū immo potius contrariū vt.d.ptꝫ ꝛ declarat Jmo.in.d.l.ad testiū vel secundo possumus respon.q illa glos. loquitur in cōtractibus quo casu pars que rogauit testem nō potest postmodū ei aliquid opponere tanq̄ ipsum approbauerit.d.l.si quis testibus sicut etiā dicimus in tabellione fꝫ Jmo. qui ex eo q a ptibus fuit rogatus non potest postmodum aliquid sibi opponi.§.nos autē in autē.de tabel.col.v.sed nos sumus in testamentis in quibus testes roganꝭ ab ipso testatoꝛe. l.heredes.§.in testamē.ff.eo.vī merito si ꝓducantur postmodum cōtra aliquē in iudicio poterit ille cōtra ipsos testes opponere cum ipse nō dicak quoquomodo ipsos approbasse ex quo ipsos non rogauit itē si hoc esset verū sequerek q semper mulier seruus ꝛ alij inhabiles possent esse testes in testamento qꝛ semper testes in testō roganꝭ.l.hac cōsultissima.C.eo.ꝛ.d.§. in testa.ꝛ sic semper dicerentur esse approbati nec posset illis aliquid opponi sed istud est falsum vt supra.§. p̄cedē. ergo ꝛ ita videk sentire.d.Alexan.post alios in.d.l.j. p̄terea.d.opin. Bal.posset esse vera qñ a p̄incipio testis fuisset inhabilis quo casu eo q rogatur videtur approbatus nec ei pōt opponi per ipsum rogantem.d.l.si quis testibus sed in casu nostro superuenit vitium post rogationem.quomodo ergo possumus dicere q q̄tum ad vitium quod superuenit videtur approbatus.l. de etate.§.ex tam.ff.de interroga.act.c.insinuante de offic.deleg. c.nulli licere de elec.in.vj.ꝛ ita residentmo.vbi supra damnando opi.Bal.ꝛ ipsam etiam damnauit Roma.in.d.l.j.ꝛ Paul. de castr.in.d.l.ad testium. Sed ego contra opi.ipsius Bald.ꝛ p̄o opi.mo.adduco.nam Bald.vult q ideo testes in testamēto adhibiti si mutarunt conditionem possunt in iudicio examinari qꝛ ex eo q rogati fuerunt intelligunk approbati.ꝛ sic amplius aliquid contra eos opponi non potest sed certe istud est contra tex.in.d.l.j.et tex.nostrum qui tex.si aliquo modo volunt q testes in testamento adhibiti possunt in iudicio deponere volunt hac ratione communis erroꝛis vt hic non autem ratione rogitus.item si dicta rō Bal.foꝛet.vera sequerek q de stricto iuris rigoꝛe potuissent tales testes deponere ex quo intelligebank approbati per rogitū.d.l.si quis testibus sed tex. noster vult q istud fuerit introductū ex liberalitate ꝛ speciali gratia ipsius imperatoꝛis ergo pꝫ q hoc nō fuit ratione rogitus vt ipse dicit.ita quomodo possumus dicere q ptes rogando testes i casu nostro dicank ipsas approbare cū ignoꝛēt ipm esse seruū vel infantez ptꝫ cōem erroꝛē ergo ꝛ ita te. firmiter cōtra.d.opi.Bal.ō quē etiā facit qꝛ dato q testes dicank a ptib⁹ approbari per rogitū tñ nō intelligenk approbati p ipsuꝫ iudicem immo ipse p̄to etiā partib⁹ nō opponētib⁹ poterit ipsos nolle audire.l.quos p̄hibet.ff.de postḥ. ꝛ ita dicebat.d.me⁹ in d.l.j.ꝛ sic in casu nr̄o vī dicēdū q dato q ptes ipse non possent opponere.ipse tñ iudex posset ipsos repellere.ꝛ sic de nihilo vī de modico inseruiret nobis hec sua doctrina de intellectu tamen glo.in.d.§.ꝛ licet.vide Anto.de but.ꝛ Jmo.in.c.ex literis extra de transac.Bal.in.l.parentes.C.de testi. ¶Unde quinta fuit opi.Jmo.in.d.l.ad testium qui dixit q speciale est in testamento in scriptis in quo testes non deponunt nisi de facto suo qꝛ non habēt nisi recognoscere suas subscriptiones ꝛ sigilla.l.si quis ex signatoꝛibus.ff.quemadmoduꝫ testa.aper. ergo merito de hoc poterit testificari cum etiam seruus possit de facto suo in iudicio interrogari.l.interrogari.C.de questi.ꝛ p̄opter hoc dicit ipse non sine ministerio tex. in.d.l.j. loquitur in testamento in scriptis vt ptꝫ in ver.signaretur ꝛ eodem modo loquitur tex.iste ꝛ tex.in.d.§.conditionem secus antē dicit ipse si essemus in testō nuncupatiuoꝝ qñ tunc detectus seruus nullo modo poterit in iudicio testificari ratio est: qꝛ tunc testis non deponit de facto p̄opꝛio sed de voluntate testatoꝛis que p̄obari debet per testes habiles ꝛ non inhabiles ꝛ possent p ipm iudicē repelli etiam si pars aduersa non repellat.argumento legis quos p̄hibet.ff.de postu.ꝛ ita requienit ibi Jmo.dicens hunc esse suum nouum intellectum ad p̄dicta sed certe salua pace sua iste fuit intellectus Nico.de mat.vt refert Bal. in.d. l.j.in fi.ꝛ ita dixit ibi.d.Alexan.ꝛ.d.meus. Sed Ro.in.d.l.j. dicit q iste intellectus Nico.de mat.ꝛ Bal.reprendit Ro.nam dicit ipse isti volunt q testis detectus seruus ideo potest testificari in iudicio in testō in scriptis qꝛ non habet deponere nisi de facto suo.s.recognoscere sua sigilla ꝛ suam subscriptionem ideo merito poterit cum etiam seruus de facto suo in iudicio interrogari possit.naz dicit ipse si ista ratio esset vera sequerek q semper seruus esset idoneus testis in testō in scriptis cū possit ipse de facto suo interrogari vt per te sed certe istud est falsuꝫ.d.§.ꝛ.l.qui testamento.§.seruus.ff.eo.ergo. sed certe p p̄edicta non putarem recedendum ab opi.Jmo.ꝛ sequatium ratio est qꝛ illud qđ infert Ro.ex dictis Jmo. non recte infertur nam ipse dicit Jmo.vult q seruus detectus potest examinari in iudicio super testamento in scriptis non deponit nisi de facto suo. ergo infert Ro.seruus semper erit idoneus testis in testamēto sed ista non est bona consequentia ptꝫ. qꝛ dico q testes in testamento adhibentur non solum ad p̄obandum sed etiam ad solēnizandū vt vidimus supra in relatione opi.Jaco. de are.ꝛ Dyn.vnde bene inferk ex dictis Jmo. hoc modo seruus potest in iudicio deponere de facto suo ergo poterit deponere in causa testamenti in scriptis qꝛ deponit de facto suo et istud est verum nec inconueniens sed dicere modo semper poterit adhiberi testis in testamento in scriptis nego qꝛ dato q sit habilis ad deponendum super testō in scriptis tñ non est habilis ad solēnizandum.ꝛ ideo p̄esupponebat ipse Jmo.ꝛ ceteri q tempoꝛe conditi testamenti iste qui nūc est detectus seruus cōi opi.erat reputatus liber quo casu est habilis ad solēnizandum testamentum vt textus noster ꝛ.d.l.j.ꝛ hic ꝛ ibi per omnes ꝛ istam etiam rationem sensit dominus Alexā. licet nō tam clare in.d.l.j. Sed contra opi.Jmo.ꝛ sequa. melius facit ꝑm domi.Alexan.in.d.l.j.quia Jmo.ꝛ Nico. videntur restringere istum tex.ad seruum tantuꝫ quia p̄in.erat communi opi: reputatus liber vt si postmoduꝫ deregatur seruus possit deponere in testamento in scriptis ratio est quia seruus in casu isto nō deponit nisi de facto suo.ꝛ ideo merito potest deponere cū seruus in iudicio de facto suo interrogari possit.ꝛ sic videntur restringere istum tex.tantum ad seruuꝫ detectum si ex quo potest deponere de facto suo poterit sup hoc deponere sed istud videtur esse contra casum.d.§. conditionem qui videtur velle indistincte q quodcunq vitium superueniat testi qui tempoꝛe testamenti habilis erat non habeat testamento officere. ꝛ dicit autem Jmo.non p̄ocedere nisi in vitio seruitutis superueniente testi qui non impediet ipsuꝫ deponere quia de facto suo potest interrogari. Secundo mouetur ipse quia non est verū

id quod

id quod dicit Jmo. q̄ testis deponens super testamēto in scriptis non habeat deponere nisi de facto suo. ꝛ non alterius naz ipse debet interrogari etiam de subscriptione aliozum contestium ita dixit Jaco. bur. ꝛ Ful. in. l. ij. C. eo. al's enim omnes testes essent singulares. ꝛ sic non probarent. c. licet cām. de pba. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. immo plus dixit Fulg. in. d. l. ij. qō dicti testes debent deponere q̄ ipsi fuerunt rogati a testatore et q̄ testator sibi dixit q̄ illud erat suum testamētum ꝛ q̄ testator etiam se subscripsit per. l. hac consultissima in prin. C. eo. al's ſm eum forma ibi posita frustra esset posita predicta tamē sunt vera ſm eum vbi tractaretur de publicatione secus vero si tractaretur de apertura: quia tunc sufficeret q̄ testes suam subscriptionem recognoscerentur. d. l. cū ab initio. ꝛ sic esset opus restringere istam legem. ꝛ. d. l. j. ad aperturam tantum in qua testes non habent deponere nisi de facto suo nō autē ad publicationem quod non est dicendum. Et contra opi. ipsius Jmo. ego aduco glo. hic in terminis in fi. que vo. q̄ testis factus seruus vel infamis non admitteretur ad recognoscendum
28 suum. ꝛ sic in terminis vult glos. q̄ † ipsi effecti serui non poterūt recognoscere suam subscriptionem seu sigillum de directo contra ipsum Jmo. ꝛ sequaces. Contra etiam ipsum Jmo. adducebam: nam ipse vult q̄ tex. iste. ꝛ. d. l. j. restringantur vt procedant tantum in testamēto in scriptis: sed certe dato q̄ casus loquatur in ipso testamento in scriptis tamen ratio ipsius legis est generalis que hoc statuit ratione communis erroris ꝛ ratione testamenti conseruandi que ratio habet locum siue simus in testamento in scriptis siue nuncupatiuo. ergo generaliter videt intelligendum tam in testamento in scriptis q̄ nuncupatiuo propter generalitatem rationis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. per Bart. in. l. reg. ff. de iuris ꝛ fac. igno. ꝛ ideo restringere tex. istum ad testamentum in scriptis tantum videtur esse contra mentem: ꝛ rationem huius tex. maxime cū procedat argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatiuū. l. iubemus ver. quemad. ꝛ ibi glo. C. eo. ꝛ sic non videtur posse substineri hec opi. Jmo. Unde sexta fuit opi. Paul. de castr. in d. l. ad testium qui dixit q̄ aut aduersarius contra quem producitur testamentum fatetur testamentum factum fuisse ꝛ isto casu dicit Pau. q̄ si opus erit q̄ testes in testamento adhibiti super aliquo circa testamentum examinentur. ꝛ isto casu testes poterūt deponere dato q̄ fuerint facti inhabiles culpa sua vel quomodocunq̄ ꝛ ita procedat opi. Dyn. Jaco. de are. ꝛ sequatium. Aut vero aduersarius negat testamentum factum fuisse ꝛ isto casu testes facti inhabiles non poterunt examinari in iudicio. ꝛ procedat opi. glo. nostre hic. ꝛ. d. l. j. ratio est secundus eū q̄ ad hoc vt procedat tex. noster esset necesse q̄ testes fuerint habiles tempore testamenti: vt hic ꝛ. d. l. j. sed hoc probari nō potest q̄ fuerint habiles tempore testamenti si negatur testamentum factum fuisse. ergo ꝛ ita dicebat ipse q̄ poterat saluari opinio glos. ꝛ Dyni. Sed dominus Alexander in. d. l. prima dicit q̄ hec opi. Pau. non est bona: nam dicit ipse ego dico q̄ heres scriptus de tali anno ꝛ tali die ꝛ mense fecit testamentū presentibus talibus ꝛ talibus testibus. ꝛ q̄ tunc temporis dicti testes cōmuni opinione erant reputati liberi ꝛ idonei: et si ipse neget factū fuisse testiū: ꝛ illos nō fuisse liberos: ꝛ idoneos tūc temporis probabitur per alios testes q̄ dicti testes erant tunc temporis causa opi. reputati liberi. ꝛ idonei ꝛ tunc isto probato statim isti videntur habilitati ad deponendum de ipso testamento per casum nostrum qui vult q̄ isti testes sint idonei testes in testamento ex quo deponunt de eo tempore quo erāt communi opi. reputati liberi. Sed iudicio meo dominus Alexander non bene respon. ad. d. Pau. nam tex. iste vult q̄ si constet testamentum factum fuisse: sed dicebatur tale testamentuz non valere: q; testes erant serui q̄ si isti testes tēpore testamēti erat communi opi. reputati liberi q̄ tale testamentum non poterit dici non solenne. ꝛ inualidūt vt hic. non tamen dicit iste tex. q̄ testes communi opinione reputati liberi possunt probare testamentum factum fuisse eo tempore quo erant liberi ꝛ q̄ ad tale testamentum fuerint ipsi adhibiti. ꝛ ita dicebat Paul. de castro: sed prius est necessarium q̄ probetur ipsos fuisse adhibitos ad tale testiū: vñ ego dico q̄ siquidē cōstaret testiū factuz fuisse: et istos testes fuisse adhibitos ad tale testamentum qō statim probato per alios testes q̄ isti tunc temporis erant habiles q̄ erunt idonei testes in testamento. vt hic. Sed si prius non constat q̄ testamētum fuit factū. ꝛ q̄ in eo tales testes fuerunt adhibiti dico q̄ dato q̄ probetur istos fuisse habiles tūc temporis quando dicitur testamentum factum fuisse: tamen propter hoc non poterunt ipsi probare q̄ ipsi fuerunt adhibiti ad tale testamentum ꝛ testamentum factum fuisse nec iste tex. hoc dicit. Tamen non placet mihi opinio Pau. quia dico q̄ sine p

betur factum fuisse testamentum siue non semper videtur dicēdum q̄ testes postmodum facti inhabiles non possint deponere in iudicio super testamento nec tex. in. d. l. prima nec tex. noster nec in. d. §. condi. hoc probat: sed tantum volunt ista iura q̄ testamentum non probatur inualidum: ꝛ insolenne non autem q̄ testes in eo adhibiti possunt examinari i iudicio vt vidimus supra post Jmo. in repren. opinione Dy. Septima fuit opinio Saly. in. d. l. j. que fuit quasi relata per Bar. in. d. §. conditionem: nam ipse dicit q̄ aut testis deponit de facto sibi noto: sed tamen ad illud non fuit vocatus nec rogatus vtputa que deponit q̄ sempronius tanto tempore possedit. ꝛ tunc qualitercunq̄ mutata fuerit eius conditio non poterit examinari in iudicio vt in. d. §. due cause. ꝛ. d. §. quoniaz. Aut vero producitur testis in iudicio ad probandum actum vel gestum ad quā ipse fuit vocatus ꝛ rogatus. et tunc aut ille actus requirebat pro sui essentia ꝛ solennitate rogitum illum et conuocationez vt est in testamentis. ꝛ tunc quomodocunq̄ fuerit mutata conditio sua semper poterit examinari in iudicio si tēpore actus celebrati erat idoneus. et ita procedat text. in. d. §. conditionem ꝛ q̄ ibi Bartol. Aut vero ille rogitus et illa conuocatio non erat de solennitate: ꝛ substātia actus celebrati: sed fuit facta per partes voluntarie. et tunc aut testes isti fuerunt conuocati ab altera tantum partium. ꝛ tunc si mutarunt conditionem post tēpus act celebrati non poterūt in iudicio examinari vel deponere ꝛ isto etiaz casu procedat dictus §. due cause. Aut vero testes fuerūt ab vtraq̄ parte rogati seu vocati. et tunc dicit ipse licet hoc casu sit magis dubitandum tamen videtur dicendum q̄ tempore examinationis vna pars alteri obijcere non potest q̄ ille non sit idoneus testis ex quo ipsos approbarunt recapiendo eos in testes nec est dicendum q̄ vitium eis superueniens debeat alteri nocere lege non debet. ff. de reg. iur. pro hoc facit qō no. glo. in lege quoniam. C. de here. pro hoc facit quod not. glo. in d. auten. de test. §. ꝛ licet in ver. supplicijs. et ita dicebat Saly. vbi supra subdens q̄ ista sua opi. non seruaretur in practica: ꝛ communis di. Jaco. ꝛ Bar. et sequatium dicens q̄ si quis vellet substinere istam communem opinionem posset respond. ad istam suam rationem q̄ ista mutatio conditionis superueniēs testi non officit ipsi testanti: quia propter hoc ipsum testamentum seu actus non vitiabit poterit que probare per alios modos legitimos et si dicis non habet alios modo respon. Saly. sibi imputet qui cautius sibi non prouidit a principio tales adhibere testes de quibus non fuisset timor iste vel faciendo conficere publicam scripturam. ꝛ ita quieuit Saly. prout refert Are. hic dicens q̄ q̄uis contra ipsum Saly. sit communis sententia dicit tamen ipse q̄ in veritate sibi multum placet opi. Saly. Sed certe hec opi. Saly. vt vides nec videtur esse tuta ꝛ de hac ipse etiā dubitat: nam semper videtur dicēduz q̄ siue testes fuerint a partib⁹ rogati: siue nō ꝛ sic intelligātur approbati per ipsas partes tamen non videntur approbati per ipm iudicem ꝛ ipse iudex poterit eos nolle audire etiam partibus nō petētib⁹ lege quos prohibet. ff. de poſt. et etiam opi. ipsius Saly. fuit multum eneruata per ea que dicta fuerunt in quarta opi. confutando sententiam Bald. Octauo et vltimo supernenit dominus Alexander in. d. l. j. ꝛ dicit q̄ opi. Dy. sibi videtur de iure tenenda ꝛ q̄ opi. communis Dy. et sequatium sit de iure verior: mouetur autem ipse primo per textum in. d. l. j. versi. vsq̄ adhuc vbi secundum eum textus videtur velle q̄ si vsq̄ ad tempus quo fuit adhibitus testis in testamento non fuit sibi mota questio status nihil nocebit si postea detegatur seruitus si ergo nihil nocebit ista detectio seruitutis sequitur q̄ poterit deponere ac si non fuisset detecta ista seruitus. Nec est verū dicere id quod dicebat glos. in. d. l. j. q̄ ibi constabat testamentum factum fuisse ex confessione partis vel q̄ hoc apparebat per publicam scripturam confectam manu tabellionis: quia ista esset magna diuinatio ꝛ restrictio ad illum textum. Secundo mouebatur ipse per dictum. §. conditionem qui vol. indistincte q̄ in testibus in testamento adhibitis considerare tantum debeamus conditionem eorum secundum tempus testamenti et si postmodum aliquid eis superueniat nihil illis debet officere. Nec obstat si dicatur dicit ipse vt dicebat Jmo. q̄ ille textus loquitur quando inhabilitas superuenit tempore mortis testatoris que nihil habet officere vt proprie loquitur ille text. non autem dicit q̄ illa inhabilitas esset etiam tempore depositionis ipsius testis: nam dicit ipse qō istud est falsum. q; immo est dicendum qō illa eadem inhabilitas durauit tempore iudicij: naz ex quo constat qō ille testis tempore mortis testatoris erat effectus inhabilis nec constat ibi quod postmodum esset effectus habilis debemus presumere ipsum perdurasse in eadem inhabilitate pura infamie sicut erat tempore mortis testa

toris vt in regula ſemel malus. de regu. iur. in. vj. et ibi Dyn. l. ſi cui. §. iſdem. et ibi Barto. ff. de accuſa. ⁊ not. Bald. late in lege ex perſona. C. de probatio. Tertio pro hac etiaꝫ opinione dicebat ipſe quod benefaciebat textus in. d. c. j. an remoueri debet teſtes in ratione tradita per illum textum: naꝫ ibi dixit textus quod ſi aliqui qui erant pares tempore quo vaſallus fundū ad domino ſuſcepit per quos poſtmodum poterat probari inueſtitura facta per ipſum dominum vaſallo deſierint eſſe pares quod nihilominus per tales poterit probari de inueſtitura: rationem ibi aſſignat imperator. quia in nullo videtur peccaſſe vaſallus qui tempore inueſtiture pares. et per conſequens idoneos teſtes adhibuit: vnde licet poſtea deſierint eſſe pares nihil poteſt ei imputari: ſed iſta ratio eſt generalis etiam ad caſum noſtrum quando teſtes poſt teſtamentum factum ſunt facti inhabiles: quia nihil poteſt imputari ipſi teſtatori ex quo tē pore teſtamenti erant habiles. ergo debet eſſe in vtroq; eadē iuris diſpoſitio lege adigere. §. q̄uis de iur. pat. vbicunq; eniꝫ ratio eſt generalior dicto dictū extēditur ad limites rōnis. vt p Barto. in. l. ij. §. ſi quis. ff. de iur. et fact. ignorā. et iſta fuit ratio Joan. fabri hic. ⁊ per hec dicebat ipſe patet q̄ reſponſio tradita per Jmolam ad dictam legem primam non eſt bona qui dixit q̄ teſtes qui deſierunt eſſe pares non impediuntur teſtificari in cauſa inueſtiture: quia dicebat ipſe q̄ ibi ſuperuenit defectus qui veriſimiliter detrahat fidei ipſi⁹ teſtatoris: vnde nō eſt mirum ſi facilius iſte admittitur ad teſtificādum: ſed hic ſuperuenit vitium ſeruitutis vel infamie vel alternis inhabilitatis: vnde merito eis non eſt credendum: nam dicit ipſe iſta non eſt ratio illius capitu. ſed illa de qua ſupra que videtur generalis ad quodcunq; vitium ſuperueniens ex quo ipſi actum celebranti nihil potuit iputari: quia a principio idoneos adhibuit et ita ipſe requienit in dicta lege prima. Sed certe ſi volumus tenere opinionē gloſe noſtre et Jmole poſſemus reſpondere ad aducta per dominum Alexandrum. et primo nō obſtat textus in. d. l. j. in ver. vſq; adhuc: quia dicit ille textus q̄ ſi vſq; ad tempus quo ſeruus fuit adhibitus teſtis ipſi teſtamento non fuit ſibi mota queſtio ſtatus: ⁊ dato quod poſtmodum detegatur ſeruus nihil nocebit quo ad validitatez teſtamenti. et eius ſolennitatem. et ita proprie loquitur textus ille. et ibi gloſ. in verſi. vt valeat teſtamentum. ⁊ textus noſter et textus etiaꝫ in dicto. §. conditionem non autem dicunt dicta iura quod talis mutatio ſtatus eis noceat et vt ſupra vidiſti iſta fuit reſponſio Jmol. quam dominus Alexander nō eneruat. Nec obſtat inquantum ipſe dicit q̄ ſubaudire ad illum textuꝫ prout facit ibi glo. videlicet q̄ teſtamentum fatebatur per confeſſionez aduerſarij vel quod teſtamentum conſtabat per publicam ſcripturam q̄ iſta eſt diuinatio et reſtrictio ad illum textum: quia ego dico q̄ gloſa non ſubaudienda eſt ad illum textum: ſed tantum glo. querit: quia dictus textus vult quod teſtamentum in quo ſerui communi opinione liberi reputati valeat querit modo nunc glo. quid iſta validitas teſtamenti operabitur cum teſtamentum iſtud probari nō poſſit per iſtos teſtes ex quo ſunt detecti ſerui allegat dictam legem: quoniam et dictū §. due. et ſic ſi tu aduertis gloſ. non ſubaudit aliquid ad dictum textum ſed ipſa querit ex quo textus ille dicit tantum quod teſtamentum valet in quo ſerui communi opinione reputati liberi ſunt adhibiti cuius effectus ſit iſta validitas. et reſpondet vt in ea non obſtat dictus. §. conditionem: quia reſpondeo q̄ dato qō non poſſit ſubſtineri dicta reſponſio data per Jmo. tamen illa quam dedi ad textum in dicta lege prima non fuit enervata.

Non obſtat etiaꝫ ratio dicti capituli primi: quia ſi illa ratio eſt nimis vniuerſalis et periculoſa: nam ſi attenderemus illam rationem ſequeretur q̄ eodem modo deberemus dicere in teſtibus adhibitis ad probandu: quia ſi efficerentur inhabiles q̄ nihilominus poſſent teſtificari: q; illi qui eos acceperunt tempore quo ipſos acceperunt erant idonei: et ſi poſtmodum mutarunt conditionem ſuam nihil illi qui eos adhibuit poteſt imputari. ⁊ tamen clarum quod iſti tales ſi mutarunt conditionē nō poſſunt in iudicio examinari vt fatetur ipſe di. Jaco. de are. et ſic vt vides iſta ratio non eſt attendēda. Et per predicta patet q̄ opinio gloſe noſtre et Jmo. eſt de iure verior. et ita tenerem in puncto iuris licet paſſus ſit valde dubius vt etiam dicebat dominus Alexander in dicta lege prima. Stante tamē cōmuni opinione Dyn. ⁊ ſequatium pro vera inferebat cumanus ad vnum quod eſt valde ſingulare videlicet quod in teſtamento inter liberos vel ad pias cauſas in quibus teſtes adhibentur teſtes ad probandum ⁊ non ad ſolennizandum ſi teſtis mutauit conditionem non poterit teſtificari in iudicio. et hanc dixit eſſe ſuam nouam cogitationem cuma. ſed dominus Alexander in dicta lege prima dicit quod hanc cogitationem poſuit hic Bald. et pro hac opinione cuma. aducas tu quod in ſimili dixit Areti. ſupra in precedenti. §. et ibi vidimus et iſtud. d. cuma. valde not. quia nullus fuiſſet qui non dixiſſet contrarium: quia ſi mutatio conditionis contingens in perſona teſtis non impedit: quin ipſe poſſit deponere in iudicio vt eſt communis ſententia Dyni et aliorum. hic ergo multomagis videbatur dicenduz in teſtamento inter liberos et ad pias cauſas quod eſt magis priuilegiatum ideo iterum not. et per hec expeditus ſit articulus iſte. Modo nunc dubitare contingit: quia vidimus in proximo precedenti articulo an mutatio contingens in perſona teſtis poſt tempus actus celebrati impediat ipſum teſtificari in iudicio ſup eo actu in quo fuit adhibitus ante nullatio-
29 nem conditionis quid ſi teſtis † tempore quo iurauit erat idoneus tempore autem quo debet deponere ſeu teſtificari eſt effectus infamis ſeu aliter non idoneus an repellatur a teſtimonio. et dicas quod ſic ita dixit ſpecu. in titulo de teſte. §. primo verſiculo quid ſi teſtis erat et ad ipſum ſe remittit Bartolus in. d. §. conditionem in vltimo verſiculo. et idem tenuit Bartolus in conſilio incip. ſed Joannes de tuderto et Baldus in capitulo ſuper eo el primo de teſtibus. et idem dixit Baldus in preallega. add. ad ſpecu. in titulo de teſte. in princip. vbi not. dixit quod in teſte duo tempora conſiderantur et non plus ſilicet tempus iuramenti ⁊ depoſitionis vt ſi illis duobus temporibus ſit habilis quamuis medio tempore ſit effectus inhabilis non eſt curandum facit quod dixit idem Bald. in lege ſi vero de teſtamento militis. vbi dixit quod licet iuramentum firmet dictum teſtis: tamen fallit niſi conditio perſone ſit mutata et idem facit quod dixit idem Bal. in lege furti. §. j. de his qui no. infa. et Bald. in capitulo: quoniam contra falſam in quarta columna de probationibus. vbi tradidit hanc doctrinam quod ſemper notarius apponat in actis diem iuramenti. et diem depoſitionis. et hoc propter inimicitiam vel infamiam que ſuperuenire potuiſſet poſt diem iuramenti ante depoſitionem. ¶ Et ibidem ſubiecit aliud ſingulare verbum
30 quod † ſi teſtis erat inimicus ſeu infamis tēpore quo iurauit: ſed poſtea erat effectus amicus vel bone fame tempore depoſitionis quod valet eius dictum quod eſt menti tenendum: qō eſt not. pro ampliatione eorum que vidimus ſupra in precedē. §. vbi diximus qō habilitas ſuperueniens teſti poſt actum celebratum: facit vt ipſe poſſit admitti ad teſtificandum vt voluit ibi Gloſſ. ⁊ Gloſſ. in. d. l. ſeptima. §. l. iulia cum vul. inquantum
31 loquitur de impubere effecto † pubere vel de ſeruo effecto libero an poſſint teſtificari de his que viderunt in pupillari etate vel in ſeruitute: qm̄ illud nedum habebit locum quādo habilitas ſuperuenit poſt tempus actus ante depoſitionē: ſed ēt ſi ſuperuenerit poſt iuramentum ante depoſitionem de hoc tamen an inhabilitas ſuperueniens teſti poſt depoſitionem impediat ipſum teſtificari videas etiam per Joann. And. in regula. factum legitime in merc. per Jpau. de Ligna. in commento capituli teſtimonium extra de teſtib. ⁊ ibidem etiam p Anto. de Butr. in ſecunda columna. ⁊ tangit etiam Barto. in dicto. §. due cauſe remittens: ſed ad. §. Sabini in. l. damni. de dāno infecto. ⁊ poſtmodum ibi non examinat: vide etiam per dominum meum in dicta. l. prima. C. eodem. qui plura que ſuperretulit. Et per predicta venit ſignanter limitenda Gloſſ. reputata ſingu. in clemen. prima in prima gloſſ. de officio deleg. qō teſtis qui iurauit die ſolenni ⁊ poſtea depoſuit die feriato q̄ iurauit in tempore dato ad probandum: ⁊ poſt lapſo tempore depoſuit quod dicitur recte depoſuiſſe: quia depoſitio trahit ad diem iuramenti: ⁊ illam gloſ. ſequuti fuerunt ſcribentes in lege damni. §. Sabini. de dam. infect. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de ſacroſanc. eccl. ⁊ in. l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. procu. ⁊ domi. An. in. c. licz cauſam in ſecunda colum. de proba. ⁊ Bal. in. l. ſi quando. C. de teſtibus: ⁊ in. c. erpoſuit in ſecunda columna. de dilatio. ⁊ Saly. in. l. prima in. xvj. colum. de confi. ⁊ Bal. in. l. antiſtius. de acquirenda hereditate Joan. And. in titulo de teſtibus. §. qualiter in additio. que incip. quod ibi dicitur ⁊ Bald. in addi. in titulo de ferijs in Rubrica: ⁊ in dicto. c. licet cauſam. ⁊ in lege fi. §. illud. de tempo. appella. nam predicta gloſſ. eſt limitanda niſi poſt tempus iuramenti ante depoſitionez ſuperuenerit. vtputa quia efficeretur infamis quoniam depoſitio ſua non traheretur ad tempus iuramenti per ea que ſupra vidimus. ⁊ ita in terminis limitauit dicta glo. Bald. in dicta lege ſi vero. de teſtamēto militis: ⁊ dominus meus in dicta lege prima: vbi etiā ponit tres ſingulares limitationes ad predictā Bl. videas ibi per eum: quoniā non eſt proprie materia dic vt ibi. ¶ Reſtat nunc examinare illam arduam queſtionem de qua per omnes
32 in. d. l. j. An inſtrumenta confecta per notarium † qui communi opinione reputabatur notarius valeant ſi in veritate non erat

⁊ primo

er primo videtur dicendum quod sic per textuz nostrum hic. t text. in dicta lege prima ita inducendo validum est argumẽtum de teste ad notarium lege hac consultissima. §. fina. C. qui testamenta facere possunt lege domitius. ff. de testamentis: sed testis communiter reputatus legitimus admittitur ad testificãdum: vt est text. hic. et in dicta lege prima ergo eadem ratione dicendum est in tabellione qui communiter reputatur legitimus tabellio: licet veritate inspecta non sit legitimus: vt instrumenta per eum facta valeant. t ista erat ratio Bartoli in repe. quam posuit Bald. in dicta lege prima de Barto. mentionem non faciens pro ista opinione. facit que habentur per Areti. in consilio. xlij. quod probatur quem fuisse notarium per plura instrumenta confecta ab eo que fuerunt recepta pro publicis. vide Alexandrum consil. cxxxiij. in primo volumine. vbi late explicat istum articulum. vbi ponit quid de eo qui gerebat se pro comite palatij cumulando ibi multa in materia. vide etiam eundem consilio. lxxx. in secundo volumine. vbi loquitur de eo qui communiter reputabatur tabellio. vide etiam eundem consil. clvij. in eodem volumine. vbi ponit quod si aliquis gerebat se pro vice potestate vel locum tenente sciente: t patiente superiore videtur probatum mandatum. et ibi adducit multa similia. vide eundem consilio. clxij. in quinto volumine quod si aliquis gerat se pro administratore sciente: t patiente domino vel socijs censetur habere mandatum. vide eundem consilio. cxxxij. in quinto volumine. quod si vnus ex fratribus. t alij continuarunt in trafico dicti fratris premortui cum eo censebitur prorogata societas. vide eundem consilio. clxxxvj. in secundo volumine an ex eo quod quis exercuit se pro scriba scientibus t patiẽtibus socijs an videatur deputatus scriba ab eis. vide eundem consilio. lxxx. in quarto volumine. de eo qui gerebat se tanq̃ negociorum gestor pro fratribus ipsis scientibus. t non contradicentibus an videantur ratificare vel dare ei mandatum. vide eundez consilio. cxx. in quinto volumine. quod ad hoc vt gesta per eum qui gerebat se pro negociorum gestore noceant domino est necesse probare quod gerebat sciente. t patiente domino. t ibi an ille qui soluit Abbati qui reputabatur Abbas liberetur. vide que dixi in. l. si certum. ff. de conditio. indebiti. vide Pau. consi. cclxiij. quod ex eo quod quis gerebat negotia mulieris ea sciente: t patiente t domos t apothecas locabat qõ presumitur ei dedisse mandatũ. t omnes ratificare contractus et pacta in eis contẽta. vide Roma. consilio. cccclxv. quod sufficit quod quis habuerit renunciationem ab eo qui reputabatur rector capelle. vide Bal. consilio. clxiij. casus quod potest prescribi iuri creandi tabellionem. Item quod ex eo qõ quis incipit creare tabelliones sciẽte superiore incipit superiori tollere potestatem creandi in eo. loco vide Bald. consilio. cccxix. quia pleniſſime an si aliquis gerat se publice ꝓ tabellione debeat haberi pro tabellione. t ibi distinguit q̃d si erat questio inter ipsum t alium. t non habebitur si vero inter contrahentes. t in longa fuerit possessione habebitur secus si esset recẽs: nisi aliquas scripturas fecisset in iudicio vel esset bone fame. Item pro hac opi. facit generalis regula que est quod error cõmunis reputantium quem habilem ad aliquid: licet in veritate non esset reddit ipsuz habilem. l. barbarius. ff. de offi. presi. l. ij. C. de senat. cum alijs pluribus allegatis hic per glo. t per glo. in. d. l. j. C. eod. ergo ita dicemus in proposito quod error communis reputantium istum legitimum tabellionem dato quod in veritate non esset debet eum reddere habilem. t per consequens instrumenta per eum facta erunt valida. Item pro hac opi. facit fm Bartol. nam ponamus quod iste notarius plura et infinita instrumenta confecisset. non esset absurdum dicere quod omnia ista instrumenta cassarentur t magnum redundaret damnum ipsi rei publice. ergo saltem ratione istius publice vtilitatis debemus dicere istum cõmunem errorem ius facere. t talia instrumenta valere argumento. d. l. barbarius in ratione sui ibi aut forte propter vtilitatem eorum tc. vbi voluit text. quod ideo gesta ibi per barbarium qui communi opinione reputatus erat legitimus cum in veritate non esset: quia seruus erat valeant propter publicam vtilitatem ne si diceremus talia acta non valere maximum redundaret reipublice detrimentum propter subditorum vtilitatem in auten. vt iudi. sine quoquo suffr. in princip. facit opti. text. in auten. de tabellio. §. penul. ibi propter vtilitatem contrahentium. t illud Augusti. Frangatur potius legum tc. sed hec eadẽ ratio est in casu nostro ergo tc. t istam rationem sensit Bartol. in. d. l. barbarius pro hac opinione inducitur alio modo. d. l. barbarius hoc modo notariatus dicitur esse publicum officium facit quod nota. in. l. non aliter. t in. l. nec ei: sed quotiescunq̃ quis communi opinione gerit officium publicum vel est officialis publicus dato quod in veritate non sit communis error ius facit: t facit quod gesta per istum publicũ officialem sint valida iste est casus in. d. l. barbarius. ergo et istam rationem sensit Bald. in dicta lege prima. Quinto facit secundum eundem Baldum vbi supra nam ponamus istum diu gessisse istud tabellionatus officium nonne in casu isto debemus dicere quod instrumenta per eum facta valeant. t certe sic cum per istam longam possessionem dicatur prescripsisse ipsuz officium tabellionatus. l. viros C. de diuer. offi. lib. xij. longa enim possessio pro veritate habetur lege prima. C. de serui. t aqua. Sexto facit secundum eundem: nam clarum est quod presumit pro isto tabellione ex quo est in quasi possessione officij tabellionatus: vnde ista quasi possessio debet transferre onus probandi in eum qui dicit ipsum non tabellionem: sed probare istam negatiuam quod non sit tabellio dicitur impossibile lege actor qõ asseverat. C. de probationibus. c. cum ecclesia sutrina de causa possessio. t propri. ergo necesse erit dicere acta per istum gesta valere. t tenere cum probari non possit istum non esse tabellionem. Septimo pro hac facit secundum Bartolum in dicta lege barbarius id qõ voluit glos. in auten. de tabellio. in versi. ipsis tamen documentis in fi. que voluit quod si ex aliqua causa fuerit priuatus notarius officio tabellionatus: vt puta quia fecerit instru. super alienatione rei sacre iuxta ea que habentur in auten. de alie. §. ad hec. t postmodum cum fecerit aliqua instrumẽta inter aliquos qui ignorabant eũ cecidisse ab officio tabellionatus quod valebunt talia instrumẽta ratione iusti erroris. t allegat. d. l. barbarius. ergo ita dicendum est in proposito quod gesta per istũ qui communi opin. reputabatur notarius valeant ex quo illi q̃ ipsum adhibent videbantur esse iniusta ignorantia ex quo communi opin. reputabatur tabellio. In contrarium. t quod talia instrumenta non valeant inducitur text. t maxime per Guil. de cu. in. l. actuarios. C. de mi. t adu. lib. xij. t ibi dixit Barto. per illum text. quod licet aliquis habeatur: t reputetur pro publico officiali, si tamen in veritate non est q̃ acta per ita reputatũ officialem sunt nullius momenti. t ipse faciens punitur: vt ibi habetur. ergo eodem modo dicendum est in proposito q̃ licet aliquis habeatur. t reputetur publicus tabellio si tamẽ in veritate non est q̃ instrumenta per ipsum acta erunt nullius momenti. t ipse notarius sit reputatus punietur. Secundo facit fm Bald. in. d. l. j. t Bartol. in. d. l. barbarius in repe. nam ex quo iste talis se gessit pro notario cum in veritate non esset dicitur committere falsum. l. eos. §. qui se. ff. de fal. facit quod dicimus in simili quod si titius gerat se pro nuntio si sibi non est commissum officium nuntij per iudicem dicitur incidere in falsum. l. neminez. C. de exhiben. l. t si nomen de fal. l. j. de ma. prĩ. et per not. in. l. si qua per calumniam. de epis. t cleri. ergo sequitur q̃ instrumenta per eum gesta tanq̃ a falsario non valebunt allegat. l. si aliquid de suscep. t archa. t quanto diutius in hac prauitate perstitit tantominus debemus dicere instrumenta per eum cõfecta valere cum diuturnitas: t perfistentia in peccato magis aggrauet q̃ minuat peccatum. c. cum haberet ibi cum diuturnitas temporis peccatum non minuat: sed augumẽtet. c. cum tanto sit grauiora peccata quod est. c. fina. de cõsue.

33 ergo. ¶ Tertio pro hac etiam opi. adducitur casus. t ibi gl. in. l. berẽnius mod. ff. de decurionibus. vbi dicit text. q̃ licet aliquis diu recepit salaria tanq̃ decurio vl̃ diu steterit descript? in libro decurionum quod propter hoc nõ debet reputari decurio si in veritate decurio non erat. ergo ita dicamus in proposito q̃ licet aliquis diu gesserit pro tabellione recipiẽdo salaria t mercedes instrumentorum tanq̃ tabellio: q̃ si tamen in veritate non erat tabellio quod propter hoc non debet reputari tabellio per consequens instrumenta per eum facta nõ valebunt. Quarto pro hac opi. etiam adducitur nã iste error cõmunis reputantium istum tabellionem cum non esset videtur esse supinus nec aliquo iusto colore vellatus nec sic ita de facili debebunt credere istum tabellionem cum tabellionatus sit q̃dam qualitas extrinseca. t qualitas non presumitur: nisi probetur. l. non ignorat. C. qui accu. non possunt op. glo. in. c. si forte de elec. in. vj. nec presumatur officium: nisi probetur. l. prohibitum de iure fis. libr. x. ideo non ita temere debebant credere istum assumptum ad tabellionatus officium: nisi prius probaret: parcendum enim erant errãtibus in casu legis barbarius et text. nostri. t text. in. l. j. C. eo. t in. l. ij. C. de senten. q̃ tunc populus videbatur habere iustam causam erroris si illos credebant liberos et non seruos: quoniaz naturaliter quis nascitur liber. t non seruus. t seruitus dicitur esse qualitas que non presumitur: nisi probetur. d. glos. in. c. si forte: vnde erat eis indulgendum si istam qualitatem seruitutis non presumebant: ſz potius liberos. t secus est in questione nostra cum nullus natura

liter naſcatur tabellio: ſed eſt opus q̄ creeꝫ per ipſum p̄ncipē
iuſta not. in. c. cum. p. tabellio. de fide inſtru. vñ populus p̄ſumē
do iſtū tabellionē vr̄ eſſe ingroſſa ⁊ ſupina ignorantia q̄ debet
potius nocere q̄ ꝓdeſſe. l. nā ſupina. ff. de iu. ⁊ fac. igno. nec de
bemus tenere iſtā opi. vulgi tanq̄ vanā ⁊ ineptam. l. ſi dictū in
ver. non vt vulgus opinatur. ff. de euic. vane enim voces populi
non ſunt attendende. l. ſi decurionū. C. de penis. ff. qui ⁊ a quib.
⁊ per cōſequēs dicemus iſtū cōez errorē nō debere attendi vt
geſta per iſtū tabellionē ita reputatū valeant. Quinto facit et
maxime ſm Bal. in. d. l. j. ⁊ Bar. in. d. l. barba. in repe. nam da
to q̄ iſte tabellio dicatur fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi officij ta
bellionatus: tamen iſta quaſi poſſeſſio erat iniuſta ⁊ clandeſti
na ⁊ malafide inducta: ergo ſequitur q̄ talis poſſeſſio i aliquo
non debet patrocinari iuxta not. per doc. in. l. ſolennibus. C. de
fide inſtr. ⁊ maxime in his que iuris ſunt iuxta no. in. c. nihil de
elec. ⁊ per cōſequens q̄ ratione iſtius quaſi poſſeſſionis nō de
bemus dicere acta per ipſum facta valere: ſed potius nulla eē.
Sexto facit ſm eundem Bal. in. d. l. j. nā officium nō preſumit:
niſi per literas ꝓbeꝫ facit: licet ipſe non allegat aliquid. l. ꝓhi
bitum. C. de in. fiſ. lib. x. ⁊ l. j. C. de mand. p̄n. ergo eodem mō
debemus dicere in tabellione: vt non preſumatur tabellio: niſi
oſtendat literas officij tabellionatus: ſed vbicunq̄ eſt tradita
certa forma a iure ꝓbandi per inſtrumentū nō ſufficit probare
quaſi poſſeſſionē. d. l. j. C. de mand. p̄n. C. de ſac. ſan. eccle. l. de
cernimus de epiſ. ⁊ cleri. l. ſi qua per calumniā. C. de diuer. off. l.
probatorias. d. l. herēnius. cū ergo tabellio debeat probare of
ficium tabellionatus per literas ſequitur q̄ nō ſufficit ipſum eē
in quaſi poſſeſſione officij tabellionatus als ita reputari. ⁊ per
conſequens geſta per eum nō valebunt. Septimo ⁊ vltimo fa
cit ſm eundem Bal. officium tabellionatus confertur per ſolū
p̄ncipem. c. cum. p. tabellio. de fi. inſtru. ⁊ ibi per Inn. ergo ſe
quitur q̄ cōis error reputantium aliquem tabellionem non fa
ciet ipſum pro tabellione haberi. ⁊ per cōſequens geſta p eum
valere abſonum enim eſſe videꝫ vt id qō non poteſt facere po
pulus ex certa ſcientia poſſit facere per errorem ⁊ imprudētiā.
Quid itaq̄ dicendum erit in hac ardua qōne cū videantur iu
ra pro vtraq̄ parte inclinare: ideo dicendū eſt vt dicebat Sa
ly. in. d. l. j. C. e. influat nobis altiſſimus deus veritatem ſup hac
exitatiōe pro veritate itaq̄ dilucida ad huius articuli tria aut
quatuor erunt videnda ſm Bal. ⁊ Saly. in. d. l. j. primū erit q̄d
ſi iſte nunq̄ fuit creatus tabellio tamē cōi opi. reputabaꝫ tabel
lio an geſta per ipſum valeāt ſcōz erit quid ſi fuit creatus tamē
fuit depoſitus ab officio an geſta p eū valeant tertiū erit ſi non
fuit depoſitus adhuc: ſed erat deponendus an geſta per ipſuz
34 ante depoſitionē valeāt. Circa primū † qñ nunq̄ fuit creatus
tabellio tñ cōi opi. reputabatur tabellio an geſta per eū valeāt
et lz Bar. in. d. l. barbarius in lec. tenuerit q̄ ſi iſte diu geſſit ſe
pro tabellione q̄ valeant dicta inſtrumenta per eū cōfecta per
rationes pro hac parte adductas. Contrarium tamen te. ipſe
idē Bar. in repe. d. l. barbarius. ⁊ in. d. l. actuarios per illū tex.
⁊ Azo. in ſumma de fide inſtru. ⁊ Bal. in. d. l. j. ⁊ idem vr̄ tenere
idē Bal. in. d. §. cōditionē idē etiā tenet Ang. in. d. l. j. C. eo. idē
tenuit ſpec. in tit. de fide inſtr. ver. quid ſi is. ⁊ ibidē Joā. an. in
ver. ⁊ ſcias ⁊ Guil. de cu. ⁊ Jac. de are. vt refert Barto. in. d. l.
barbarius. ⁊ iſta eſt magis cōis opi. Nō ob. mō. d. l. barbari⁹.
q̄ ille tex. loquitur qñ ille qui cōi opi. reputabaꝫ officialis erat
creatus in veritate officialis: q̄ interuenerat decretū ſuperio
ris creantis ipſum officialē licet ipſe eſſe non poſſet ꝓpter de
fectū perſone ſue: q̄ ſeruus vel q̄ alio defectu incognito labo
rabat: vñ decretū ſuperioris facit qō valet factū a minus legi
tima perſona. l. j. §. itidem pomponius. ff. q̄ falſo tut. auc. l. ſi in
fanti in fi. de in. delibe. C. vt in caſu noſtro eſt defectus in tit. ſeu
creatione: q̄ ipſe nunq̄ habuit titulum tabellionatus ab ipſo
ſuperiore quo caſu nō loquitur. d. l. barba. ⁊ ita vnde ipſi dicūt
idem diceremus in caſu noſtro ſi iſte tabellio fuiſſet creatus ta
bellio ab ipſo ſuperiore. ⁊ haberet titulum tabellionatus: quia
dato q̄ iſte in veritate nō poſſet eſſe tabellio: vtputa q̄ erat ſer
uus vel alio defectu incognito laborabat ſi tñ cōmuni opinīōe
reputabatur legitimus tabellio q̄ valebunt inſtrumenta p euz
geſta. ⁊ hoc propter cōmodum tituli poſſumus etiā. ⁊ ſecūdo
reſpō. ad. d. l. barbarius prout colligitur ex quarto argumēto
huius partis. ſcōo ob. etiā ſm eos tex. noſter ⁊ tex. in. d. l. j. C. e.
q̄ iſta iura loquuntur in actu teſtificandi qui eſt p̄miſſus a iure
cōi ⁊ in quo actu nō req̄rit creatio ſuperioris ⁊ iſto caſu fateor q̄
cōis error hoc operaꝫ nos vero loquimur in caſibus in quib⁹
requirit creatio vel decretū ſuperioris. d. c. cū. p. tab. p Inno. ⁊
ita reſpō. Bal. in. d. l. ad teſtiū. ⁊ d. Alex. in. d. l. j. tu etiā potes
reſpō. vt colligit ex dicto. iiij. argumēto ⁊ per hec patet reſpō
ſum ad p̄imū ⁊ ſcōm ⁊ tertium ⁊ quartum argumētū aductum
pro contraria parte. non ob. quintum quod dicaꝫ preſcripſiſſe
officium tabellionatus: qñ iſtud eſt falſum facit qō dixit Bal.
in. l. j. in. ij. col. C. de eman. lib. vbi dixit q̄ locus profanus nullo
tempore preſcribitur in ſacrū ⁊ qui non eſt ſacerdos nullo tpe
preſcribit ſe ſacerdotē ⁊ ſimile annis exerceret officiū ſacerdo
tale nec tabellio longo curſu temporis preſcribit ſe tabellionē
immo ſemper de falſo punit allegat. l. eos. §. qui ſe. de fal. item
etiā nemo preſcribit matrimoniū. l. qua in prouincia. §. diuus.
ff. de ritu nup. facit in ſimili glo. ſing. in. l. nemo. ff. de vſuca. pro
leg. vbi legitimatio ſeu legitimitas nullo tpe preſcribitur. et ſic
vt vides ſi mille annis exerceret tale officiū tabellionatus nun
q̄ poſſet illud officiū p̄ſcribere. Ad alia etiam argumēta patet
rñſum ex p̄dictis. ⁊ ad gl. in. d. autē. de tabel. patebit reſpon. ex
j. dicēdis. Et ſic per predicta patet q̄ cōmunis ſnīa defenſata
tñ ſi q̄s vellet ſubſtinere ptem ſuā poſſet dicere q̄ oēs iſte rñ
35 ſiones nihil valēt qō ſic oſtēdo per hāc rōnem † vbicūq̄ ratio
aſſignatur in lege ſemp attēdimus rōnem. ⁊ nō dictū: dictū eſſe
ampliaꝫ ſm limites rōnis. l. cū pater. §. dulciſſimis de lega. ij. l.
pater filiū. §. fundū de leg. iij. per Bar. in. l. ij. §. ſi q̄s de iuris et
fac. igno. glo. in cle. j. de elec. cū vul. modo ſic ratio principalis
deciſionis in caſu. d. l. barbarius qō cōis error haberetur pro
veritate fuit ꝓpter vtilitatē ꝑhentiū ⁊ qui egerāt coram barba
rio. et ita dixit ibi pe. q̄ ſecutus fuit ibi Bart. et Dy. in. c. j. de
reg. iur. in. vj. et ꝓbat ille tex. in ver. ꝓpter vtilitatē ꝛc. et ꝓ hac
opi. tex. in. d. autē. de tabel. §. ibi ꝓpter vtilitatē ꝑhentiū. ſi ergo
iſta fuit ratio deciſionis ad illū tex. et nō titulus creatiōis ipſi⁹
principis vel populi ſequit q̄ geſta per iſtū tabellionē propter
vtilitatē ipſorū ꝑhentiū valebūt. et tenebūt: et maxime ſi mul
ta: et infinita inſtrumēta cōfeciſſet nō attēto q̄ titulū nō habue
rit vbicūq̄ enim eſt eadē rō ibidē dz eſſe eadē iuris diſpoſitio.
l. adigere. §. q̄uis de iure patronatus. l. a titio. de ver. obli. cum
vul. et iſta fuit rō que fecit mouere Bart. ad hoc tenēdū in. d. l.
barbarius. in lec. cui rationi nō eſt bene reſpon. et per hāc rō
nez oēs ſue rñſiones cōfutantur. Vel ſcōo poſſumus rñdere q̄
negare nō poſſumus. quin ibi due fuerint rōnes decidendi ad
illā legem. p̄ima auctoritas ſuperioris ſcda vtilitas ꝑhentium
vnde dato q̄ vna ceſſet in caſu noſtro. ſ. creatio ſuperioris: tamen
alia remanet. ſ. vtilitas ꝑhentium. ergo dz remanere firma iu
ris diſpoſitio. §. affinitatis. inſti. de nup. l. liberorū. §. j. ff. de his
qui no. infamia. ergo ⁊ ſtanti. iſto de facili poſſemus rñdere ad
aducta in ſuum. Nec ob. d. l. actuarios q̄ tex. ibi not. dicit qō
ille reputaretur actuarius cōmuni opi. vel ſcōo poſſumus rñde
re q̄ eſt ibi caſus ſpecialis in quibuſdā exactoribus pub. pecu
nie qui nō poſſunt exigere ſine p̄ncipis licentia. ⁊ ita rñd. bar.
poſt Guil. in lec. d. l. barba. vel tertio nō dicit ille tex. q̄ ille diu
ſtetiſſet in poſſeſſione talis officij ſicut nos loquimur: vñ rōne
iſtius longeue poſſeſſionis. ⁊ cōis erroris non eſt mirū ſi geſta
per iſtū notariū valeant. longinquitas enim tēporis multa ope
raꝫ que alias nō inducerent. l. ſi filius. C. de pet. here. et ibi vi
debimus. Nō ob. ſcōm q̄ fateor q̄ rōne ſue p̄ſone nō valebūt:
q̄ ipſe dicitur falſarius: ſed dico q̄. d. inſtrumēta debent valere
propter vtilitatem contrahentiū. d. l. barbarius ver. forte itez
propter cōem errorem non ob. d. l. herēnius: q̄ fateor q̄ ꝓpter
talem communem opi. non diceꝫ iſte tabellio: nec erit tabellio
ſed dico q̄ propter vtilitatem ꝑhentiū. et cōem errorem inſtru
menta valebunt ac ſi eſſet tabellio. Non ob. quartū q̄ dico qō
ſatis dicuntur fuiſſe in iuſto errore: q̄ bene etiā debebant cre
dere iſtū nō ita inſipide ⁊ ſtulte ſe gere pro tabellione ſi nō eēt
cum nullus p̄ſumit doloſus: immo bonus. l. nō omnis. §. barba
ris. ff. de re mi. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. qui ſatisdare co
gan. nec erat preſumendū iſtū ſic de facili vel incidere in falſuz
vel totū decipere populū. vel ſecūdo reſpō. q̄ nō illa fuit rō de
cidendi in. d. l. barba. ſed cōis vtilitas vt ſupradictū fuit que eſt
in caſu noſtro. ergo item. d. l. nec ſupina loquitur in ignorantia
ſingulari ſupina nō cōi ergo. Nō ob. quintū q̄ fateor q̄ geſta
per iſtum non valent ratione iſtius ſue quaſi poſſeſſionis: quo
niam nulla erat: ſed ꝓpter cōem vtilitatem ꝑhentium item pro
pter cōem errorem. Non ob. ſextum q̄ fateor q̄ ad probandū
quem tabellionem non ſufficit probare quaſi poſſeſſionem in
officio tabellionatus. d. l. j. C. de mand. p̄n. cum vul. ſed ad hoc
vt valeant geſta per ipſum tanq̄ a tabellione dico q̄ ſufficiet
concurrere iſtam quaſi poſſeſſionem cum vtilitate contraben
tium: ⁊ cōmuni errore vt ſupradicta fuit. Non ob. ſeptimum q̄
fateor q̄ iſte error non facit iſtum tabellionem: ſed facit vt ge
ſta per ipſum valeant tanq̄ facta a publico tabellione propter
cōtrahentium vtilitatem. ⁊ ſic vt vides opi. Bar. in lec. d. l. bar
barius ſatis defenſari poteſt. Retenta tamen communi ſentē
tia que eſt q̄ ad hoc vt geſta per iſtum tabellionez valeant de
buit habere titulum tabellionatus ab ipſo ſuperiore: q̄ dato

q̄ tunc

12 Testamenta ad pias causas sunt redacta ad ius gentium.
13 Patria potestas est de iure ciuili.
14 Matrimonium separatur propter fornicationem tam corporalem quam spiritualem scilicet si alter coniugum cadit in heresim.
16 Solennitates iuris communis in testamento ad pias causas sunt remisse siue concernant formam testamenti: siue ipsius testantis personam.
17 Voto obligatur filiusfa. non obstante patria potestate.
18 A patria potestate non liberatur filiusfa. licet efficiatur miles: ꝛ idem dicendum in doctore.
19 A patria potestate non liberaꝛ filiusfa. propter etatē grandeuam etiam si esset sexagenarius.
20 Imperator appellatur optimus maximus: consultissim⁹: sanctissimus: religiosissimus ꝛc.
21 Judicare potest princeps in causa propria.
22 Creditores patris non habēt regressum cōtra peculiū castrēse ipsius filij ratione debitorum patris ꝛ idem in fisco.
23 Publicatis bonis paternis an publicetur vsufructus quē pater habet in bonis aduenticijs filij.
24 Testamentum a principio nullum propter aliquā inhabilitatem seu defectum non confirmatur ex habilitate postea superueniente.
25 Testamentum ab initio nullū an possit cōfirmari ex postfacto
26 Donare cā mortis an possit filiusfa. consentiēte patre.
27 Donare verbum permissiue prolatum cōprehendit solum donationē inter vinos nō aūt cā mortis nisi spāliter exprimatur: sed prohibitiue prolatū cōprehendit vtranq̄ donationem.
28 Pater an possit consentire filio vt sibi patri donet cā mortis: vel alteri fratri existenti in potestate eiusdem patris.
29 Bona castrensia filij intestati nō extātib⁹ liberis ipsius filij vel fratrib⁹ an pertineāt ad patrē iure cōi vel iure hereditario.
30 Seruus si cum est seruus faciat testm̄ an tale testamētum confirmabitur si talis liber factus decedat.
31 Filiusfa. si quando erat in potestate patris fecit testamentum: licet postmodum efficiatur sui iuris testamentum nō confirmabitur. secus in codicillis.

¶ Non tamen omnibus. Qui alieno iuri subiectus est non potest facere testamētū etiaꝛ patre consentiente nisi de castrē. pecu. vel quasi de quo testari potest siue sit miles siue veteranus etiā patre inuito. hoc. d. ſm Aret. vsq̄ ad. §. preterea. ¶ Not. prio ex isto tex. ſm Aret. hic. ꝛ. d. Christop. quod tm̄ certe persone sunt prohibite testari vt hic. ꝛ ideo dicebat ipse q̄ ex hoc possumus colligere q̄ edictum de testamētis cōficiendis est regulariter permissiuum. ꝛ ideo omnes intelliguntur ad testanduꝛ permissi nisi specialiter prohibeantur facit quod dicitur in simili. de edicto de testi. ꝛ in. l. mutus. §. j. de procura. ꝛ in. c. cum locum de spōsa. Sed an † filiafa. possit testari super dote. dicit q̄ non. Alex. con. xvij. in. ij. vol. ¶ Secundo nota ex isto ibi exceptis his iunc. gl. q̄ † filijfa. testari non pūt nisi in castrensi peculio vel quasi vt hic ꝛ in ver. preter hos. in alijs vero peculijs puta aduentitio vel ꝓfecticio testari non possunt etiā patre cōsentiente vt hic. concordat tex. in. l. qui in potestate. ff. eod. ꝛ in l. tam is. ff. de dona. cā mor. cū vul. Istud tamē limita nisi filiusf. testaretur † ad pias cās qñ tunc poterit testari patre consentiente etiam de peculio aduenticio. ꝛ hoc verum siue pater ītalibus aduenticijs nō habeat vsumfructū vt videtur voluisse bar. to. in. d. l. is qui in potestate siue habeat vt videtur voluisse bar. to. in. l. j. in. iij. q. C. de sac. sanc. ecc. Bal. Ang. ꝛ Sal. in. l. senium C. eo. ꝛ Fede. de senis. consi. cxciij. incip. habuistis. ꝛ in cōsi. cc xcvij. incip. qñ veritas. ꝛ Bal. in. l. j. §. si filius de leg. iij. ꝛ paulus de cast. in. d. l. senium. ꝛ Rom. in. l. pe. C. eo. ꝛ Ang. in. d. l. is qui in potestate. ꝛ Jmo. ꝛ Domi. de sancto Gemini. in. d. c. 13. ꝛ Jmo. in. c. ij. extra de testa. ꝛ Ro. in repe. auf. similiter. in. xix fal. C. ad. l. fal. ꝛ Joan. cal. in consi. x. sub Rub. de testa. vbi etiā voluit quod. d. c. licet haberet locum in legato. ꝛ ista videꝛ esse cōmunis sententia. Fundatur autem hec opi. primo ꝛ maxime per Bar. hac ratione. Ratio quare est qđ non potest filius in potestate patris existens etiam de consensu patris testari est: quia testamenta debet ex proprio non autem ex alieno depēdere arbitrio. ff. de here. instit. l. illa institutio. ꝛ ita dixit gl. nostra hic. ꝛ glo. in. l. senium. C. eo. ꝛ in. l. is qui in potestate. ff. de testa. sed si diceremus filium posse testari cum consensu patris videꝛ tale testamentum filij dependere ab arbitrio ꝛ voluntate patris merito non valet tale testamentuꝛ. Sed ista ratio cessat in testante ad pias causas. quia potest conferre voluntatem suaꝛ in arbitrium ꝛ potestatem alterius. c. cum tibi extra de testam. ꝛ per docto. in. l. captatorias. C. de testamē. mili. ergo sequitur quod tanquam cesset dispositio prohibitiua filiumfamilias testari cum consensu patris quando testatur ad pias causas seq̄tur quod cessabit ipsa iuris dispositio. l. adigere. §. quamuis de iure patrona. c. cum cessante: cum vulg. de appellat. et sic valebit tale testamentum. ¶ Secundo mouetur ipse Bartol. per textum in. c. licet a contrario sensu de sepul. in sexto. nam dicit ibi textus. pro anima autem sua citra ipsius patris assensuꝛ nisi sit castrense peculiū vel quasi aliquid iudicare non potest. ergo infert ille textus a contrario sensu quod cum patris consensu. p anima poterit aliquid iudicare. i. testari: vt ibi per gloss. etiam in his que non sunt castrensis peculij vel quasi ꝛ sic in aduenticijs. ¶ Tertio pro hac opi. adducunt ipsi ꝛ maxime Bal. quia que † spiritu dei aguntur nō sunt sub lege. c. due sunt leges. xix q. j. c. licet. de reg. aposto. ad Galathas quinto. c. Barto. in. l. j de sacrosanc. eccl. clemen. ad nostram. de here. ibi vbi spūs dei est ibi libertas. sed quod filiusfami. non possit testari etiam patre volente fuit inductum per legem ciuilem. ergo sequitur qđ testans ad pias causas non debet esse suppositus huic legi tanquam relinquendo ad pias causas moueatur spiritu diuino. ¶ Quarto pro hac opi. adduco casum in. l. j. C. de sacrosan. ecc. cle. vbi dicit tex. habeat q̄lib̄ liberam facultatem ꝛc. not. † verbum vnusquisq̄ quod verbum est vniuersale omnes comprehendens. l. Jul. de lega. iij. l. a procuratore. ff. mandati. ꝛ sic videtur comprehendere tam filiumfa. quam quemcunq̄. sed testamenta ad pias causas sunt redacta ad ius gen. vt per Bar. in. l. j. C. de sacrosan. ecc. c. relatum. c. cum esses. de testam. sed de iure ciuili ista prohibitio fuit introducta quod filiusfami. etiam de cōsensu patris non possit testari. ergo sequitur qđ non debebit attēdi in testamentis ad pias causas. ¶ Contrariam tamen partem tenuit Joan. and. in. c. si pater. de testamen. in. vj. ꝛ hanc opi. se-

quutus etiam fuit Imol. in l. si is qui in potestate. ff. de testam. ℣ in l. tam his. §. j. de dona. cā mor. ℣ Pe. de anch. in c. ij. de te sta. ℣ in. d. c. licet vbi dixit q opi. Joan. and. est magis tuta ℣ q de facto interrogatus ita respondit ℣ ideo dixit Oldr. in pre dictis consilijs q ipse non auderet consulere pro parte contra ria quamuis illa opinio sit equa: q Jo. and. tenet contrarium. hanc etiam partem sequutus fuit Fulg. in. d. l. senium ℣ in . d. l. j. C. de sacrosanc. ecc. ℣ Richar. de sal. in repe. l. j. C. de sacr. san. ecc. ¶ Nouentur autem ipsi nam duplici de causa filiussami.
6 prohibetur testari: vna est q ℣ testamentum debet dependere a libero arbitrio testantis ℣ non alieno. d. l. illa institutio. vñ si diceremus q filiussa. posset testari patre consentiente videre tur tale testamentū dependere a voluntate ℣ arbitrio patris et non testantis. merito nō debet valere. ℣ ita ratio assignatur hic
7 per glo. ℣ in. l. senium. C. eo. ¶ Secūda est ratio. q ℣ testamē ti factio est publici iuris: ℣ ideo non potest concedi cōsensu pri uatorum. sed debet concedi ab ipsa lege vel principe vt est ca sus in. l. testamenti factio ℣ ibi gl. ff. eo. ℣ sic cum filiussa. sit inha bilis ad testandū ista facultas non debet ei concedi consensu ip sius patris. modo nunc in proposito licet quando filius testaℓ ad pias causas videaℓ cessare prima ratio: q testamentum ad pias causas potest dependere ab arbitrio alieno. d. c. cum tibi tamen non cessat hec secunda ratio videlicet quia testamēti fa ctio non potest concedi consensu priuatorum vnde succedit do ctrina q vbicunq; due rōnes sunt causa alicuius dispositionis: si cessat vna ratio ℣ alia remanet: remanet firma iuris dispositio. l. liberorum. §. notanℓ de infami . supra de nuptijs . §. affini. ff. de here. instit. l. si non. §. alia sententia gl. in. l. ventri. §. in bonis. de priui. credi. ergo ℣ sic ex hoc dicebant ipsi patet rnsum ad primum argumentum adductum per Bar. ℣ alios. ¶ Mō
8 ob. modo dicūt ipsi tex. in. d. c. licet per argumentum ℣ a cōtra rio sensu quia dicūt ipsi q non debet sumi argumentum a con trario sensu quando resultaret absonus intellectus ℣ iuri con trarius. l. ij. C. de condi. incer. not. gl. in. c. vno de eta. ℣ quali . in vj. c. cum apostolica de his que fiunt a prela. l. conuenticulā. de epi. ℣ cle. l. nemo. C. de iur. om. iud. de regu. c. cum virum ſz si su meremus argumentum a contrario sensu illius. c. resultaret cō trarius intellectus. l. pe. ℣ fi. ℣ tex. nostri. quia omnia iura volūt q filiussa. non potest testari extra castrēsia bona. vel quasi etiā cum consensu patris ergo. Sed certe ista responsio non ener uat contrarium q ostendo. nam licet non debeat sumi argumē tum a contrario sensu ad correctionem iuris. d. l. ij. C. de condi. incer. cum vul. tamen illud intelligitur nisi lex aliquid noui indu ceret: q tunc vt lex aliquid de nouo inducat possumus sumere argumentum a contrario sensu etiam in correctorijs glo. in au then. ex testamēto ℣ ibi no. C. de col. glo. in auf. die cōmissa. C. de epi. ℣ cle. cum val. sed si diceremus q non debet assumi argu mentum a contrario sensu illius. c. tunc tex. ille in ver. preter pa
9 tris assensum. p anima ℣c. nihil noui induceret cum iam clarum sit ℣ q filiussa. sine patris consensu nihil potest relinquere : nisi in castrensi vel quasi: vt hic. ℣. d. l. tam is . ergo sequitur vt tex. il le aliquid noui inducat debemus sumere argumentum a cōtra rio sensu illius. c. vt cum patris assensu possit pro anima testari extra causam peculij castren. vel quasi. ℣ sic ista respon. non ha bet obstare. vnde secundo ipsi respnodebant ad illum tex. q da to q sumeretur argumentum a contrario sensu illius tex. textꝰ ille non debet obstare. nam tex. ibi dicit q filiussa. citra patris assensum pro anima nisi in castrensi : vel quasi aliquid iudicare potest ergo infert ille tex. a contrario sensu q cum consensu pa tris pro anima cum consensu patris etiā extra cām peculij ca stren. vel quasi q posset aliquid iudicare. no. mihi verbum iudi care quod est equiuocū ℣ aptuꝫ plura significare que recolligit glo. in. c. in iudicijs de reg. iur. in. vj. ℣ in. c. j. §. donare qualiter olim feu. ali. poss. ℣ in. c. j. de prohibita feu. alie. per Fede. vnde illud verbum tanquam latum debemus interpretari ſm regu las iuris communis ℣ sic exponemus iudicare. i. mortis cā do nare. cum filiussa. de consensu patris potest in aduenticijs mor tis causa donationem facere licet non possit testari. d. l. tam is ℣ hec interpretatio videtur esse bona q in materia vltimarum voluntatum non est absurdum q lex ciuilis interpretet canones vt per gloss. extra de testamen. cum heredes. per istam enim in terpretationem reducitur ad concordiam ius canonicum cum ciuili ergo videtur quod admittenda sit. c. cuꝫ expediat de ele ctio. in sexto. l. vnica. C. de inoff. dot. ¶ Sed certe hecetiaꝫ so lutio non habet obstare. et quod immo illud verbum iudicare debeat exponi pro testari. probo. nam si exponerem⁹ illud ver bum iudicare pro donare tunc illud verbum pro anima nihil i portaret. nam filius indistincte de patris consensu potest dona re causa mortis etiam non donando pro anima. dicta. l. tam is. ergo frustra fuisset dicere quod pro anima posset cum consen su patris donare causa mortis: cum etiam non donando p ani ma posit istud facere cum consensu patris: vt ergo verbum il lud non sit frustratorium debemus exponere illud verbum iu dicare. id est testari: ℣ tunc erit ibi casus specialis quod filiussa milias cum consensu patris potest testari pro anima etiā extra causam Peculij castrensis vel quasi. licet alias hoc sit de iure p hibitum. ¶ Secundo quod illud verbum iudicare debeat ex poni pro testari. Probatur alia ratione. nam licet alias in cor
10 rectorijs ℣ non debeat fieri extensio. l. si vo. §. de viro. solu. ma trimo. cum vulg. tamē fallit nisi essemus in his que introducta sunt fauore anime quia tunc etiam in correctorijs ℣ penalibus fit extensio. ista fuit doctrina Barto. in authen. sacramenta pu berum. C. si aduersus vendi. facit singu. dictum Jo. and. in. c. ex tenore qui filij sint legitimi vbi dicit quod licet. c. final. de clam. de spo. sit penale ℣ debeat restringi ad impedimentum consan guinitatis ſm Hoffre. ibi tamen dicit ibi Joan. and. quod im mo debet extendi ad quodlibet aliud impedimentum quia illa dispositio fuit inducta fauore anime. ideo debet ampliari dato quod simus in penalibus: facit stupendum dictum Joan. andr. in. c. primo. de homi. in sexto. quod licet ille textus loquatur de principibus inferioris gradus. tamen extendetur ad principē superioris gradus. dato quod illud. c. sit penale. q. c. illud ema nauit in fauorem animarum vt patet ibi in versic. nos autē ani marum ℣c. facit singu. dictum Hostien. in. c. ij. de adul. vbi pro pter fornicationem separatur matrimonium quod ipse dixit in telligendum esse de fornicatione corporali ℣ spirituali ℣ hoc q illa dispositio emanauit in fauorem anime: facit singula. dictum Joan. cal. in. c. series. de testibus. ℣ illud refert dominus Abb. in. c. iuranit de prob. vbi dixit quod dispositio. c. sancti. c. series loquēs de matrimonio habet locum in sponsa. quia dispositio illa tendit in fauorem anime. facit dictum allegans Bald. in. l. j C. qui accus. non possunt. ¶ Pro prima opinione quod testari possit. adduco per dispositionem magis specialem intelligitur derogatum magis generali. l. sanctio legum. ff. de penis. c. ge neri per speciem de reg. iur. lib. vj. c. j. de resc. ℣ per illum textuꝫ pulchre dixit ibi Bald. quod si vno statuto pro homicidio est imposita pena mortis alio statuto est dispositum quod in omni bus criminibus potestas possit imponere penam suo arbitrio per illud statutuꝫ non extenditur ad crimē homicidij ex quo in eo est pena specialiter statuta. facit quod pulchre dixit Bald⁹ in. c. ad hec de appel. quod si vno statuto cauetur q contumax per octo dies habeatur pro cōfesso. alio statuto cauetur quod contra magnates contumacia iudicetur arbitrio potestatis q magnas habebitur pro confesso lapso sibi termino assignato: etiam si sit breuius octo diebus quia per istud statutum specia le quod loquitur in magnatibus censetur derogatum illi gene rali de contumacibus loquenti ℣ multa possent adduci similia: que breuitatis causa omitto. Modo sic per. l. qui in potestate
11 ff. de testamen. cum simil. est generaliter dispositum qō ℣ vnus quisq; ad pias causas testari possit. ergo per istam dispositio nem magis specialem erit derogatum quoad casum istuꝫ illi di spositioni generali qua cauetur quod filius testari non possit. ¶ Secundo fauor publicus ℣ pia causa equiparantur. l. fin. C. de sacrosanc. ecc. l. res publica. C. ex quibus causis maiores. ſz fauore publico concessum est filiusfamilias posse testari vt pa tet in militibus quibus propter publicum fauorem cui insistūt permissum est posse testari licet in potestate patris existant. l. j. ℣ per totum. ff. de testamen. mili. l. aduocat. C. de aduo. di. iudi ciorum. ergo similiter fauor pie cause debet concedere vt filius
12 familias testari valeat. ¶ Tertio testamenta ℣ ad pias causas sunt redacta ad ius gentium. probatur in. l. prima. C. de fac. sanctis ecclesijs. in. c. relatū ℣ c. cum esses de testamen. sed defect⁹ patrie potestatis: qui impedit filium testari. est de iure Ciuili:
13 ℣ non gentium ℣ paterna enim potestas de iure ciuili est instit. de patria potestate. in princip. facit tex. in. l. tertia. ff. de testam. ergo talis defectus non impediet filium ad pias causas posse testari. ¶ Quarto arguo sic ℣ premitto duo. primū est quod vbi tractatur de fauore anime verbum quod potest assumi stricte ℣ large in largiori significatione assumitur. ℣ si materia esset pe nalis: ita probat casus quem ad hoc ponderat ibi Abbas in. c.
14 secūdo de diuor. vbi vult textus quod illud quod dicitur ℣ ma trimonium separatur propter fornicationeꝫ. intelligituꝫ taꝫ de fornicatione spirituali quam corporali. puta quia alter conjuꝫ incidit in heresim: ℣ hoc fauore anime. ad hoc possem multa ad
15 ducere. q̄ breuitatis causa omitto. ¶ Secundo premitto ℣ q licet regula sit quod non sumitur argumentum a contrario sen su ad correctionem legis : tamen bene potest sumi ad limitatio nem seu restrictionem legis generalis: ita probat Bloss. in cle

mentina

mentina per literas in.c.apostolicis de preben.que vult quod licet legatis cardinalibus generaliter sit concessum conferre beneficia.c.primo de offi.lega.tamen ista dispositio generalis limitatur vt non possit conferre hospitalia: & hoc per textum in dicta clementina per literas a contrario sensu dum dicit q̄ non poterunt conferre nisi expresse illis fuerit concessum & pro illa glo.facit quia facilius iura limitantia extenduntur quam correctoria vt per gl.in.l.illud.C.de sacrosanc.ec.& per Bart.in.l. si constante.in.ij.questione prin.ff.solu.matr.modo sic.tex.in.c. licet de sepul.in sexto.dicit q̄ filiussa.sine patris assensu licitum est iudicare dico quod cum tractetur de fauore anime illud verbum iudicare assumetur in lagiori significatu vt comprehēdat donationem causa mortis & omnem speciem vltime volūtatis inquantum modo infert a contrario sensu q̄ cuz patris assensu poterit pro anima iudicare quod iste intellectus erit capiēdus quamuis veniamus ad limitationem seu restrictionem regule generalis quod filiusfami.cum patris assensu non possit testari.d.l.qui in potestate cum simi. ¶Quinto si recte considere-
16 mus in testamēto ad † pias causas sunt remisse solennitates iuris cōmunis: sive concernant formam testamenti vel ipsius testantis personam. de primo patet in.c.relatum.&.c.cū esses de testamen.vbi remittitur numerus septem testiuz rogitus & alie similes solennitates. ¶De secundo patet.nam licet alias non valens loqui si scribere nescit non possit testari.l.iubemus.C. de testa.nec nutu potest designare nomen heredis vt ibi habetur tamen in testamento ad pias causas non valens loqui etiaz si nescit scribere dummodo signis voluntatem suam declaret testari potest vt est cōmunis sententia in.c.cum tibi de testa.& nota.in.d.l.iubemus.cum ergo solennitates iuris communis: sive concernant personam testantis vel formam testandi in testamento ad pias causas sint remisse: merito debemus dicere q̄ licet alias in testamento requiratur q̄ testans non patiatur defectum patrie potestatis.d.l.qui in potestate tamen non habebit locum in testante ad pias causas. ¶Sexto adduco quod
17 dicimus in simili quod † licet filiusfami.de iure ciuili obstante patria potestate non obligetur etiam voto.l.si reus.§.voto.ff. de pollicit.tamen de iure canonico cum votum seu quid spirituale promisit non obstante patria potestate obligatur. Glos. sing.in.c.mulier.xxxij.questi.ij. illam allegat Roma.sing.dxv incipiente Capies tria pulchra.ita dicamus in proposito q̄ licet filiusfamilias testari non possit obstāte patria potestate tamen istud non habebit locum in testante ad pias causas & hoc etiam debebit obseruari in terris Imperij: quia iura Canonica in causis pijs obseruantur in vtroq; foro.vt in.l.priuilegia. C.de sacrosanctis ecclesijs.& dixi supra de testamentis in principio.de hac questione videas late per Barba.in Repetitione Rubr.de testamen.& vide Aret.in.l.qui in potestate.ff.de testamen.qui tenet contra communem & dat nouum responsum
18 ad.c.licet de sepul. ¶ † Nota secundo ex isto tex.fm Aretinū ibi & militibus precipue qui in potestate parentum sunt &c. q̄ filiusfamilias licet efficiatur miles.nihilominus remanet in potestate parentum.concordat tex.in.§.filius.supra quibus modis ius patrie potestatis solui. ¶Idem etiam dicas in doctore.nam doctor propter dignitatem doctoratus non liberatur a patria potestate vt no.in dicto.§.filius. Nam tantummodo certe sunt dignitates: que liberant a patria ptāte.de quib⁹ dic vt in dicto.§.filius.& in authen.consti.que de dignitate. ¶Itē
19 etiam † dicas q̄ etas non liberat a patria potestate.nam dato quod filius esset sexagenarius.nihilominus propter hoc nō esset liberatus a patria potestate.vt est gloss.singularis in.l. fin. in versicu.pupillus.de verborum obliga. ¶Tertio not.ex isto
20 textu ibi † optimi imperatoris Traiani quod Imperator appellatur optimus maximus in.l.cum tabulis.§.finali.ibi optimi maximi principes nostri iudicauerunt.ff.de his quibus: vt indign.l.in honoribus.ibi optimus maximusq; princeps deva ca.mu.l.qui solidum.ibi optimus maximusq; princeps.de legatis secundo. ¶Itez appellatur consultissimus.l.prima.C.ne licet pote.& appellatur pius.l.a diuo pio.de ritu nuptia.l.& pio. de re iudi.& in Rubric.ff.cum simi.& appellatur clemens.l. clemens.ff.de heredib.institu.item appellatur inclitus.§. item si quis ita ibi inclite recordationis leo.infra de inuti.stipul.& ibi dixi latius dic vt ibi. Item dicitur sanctissimus.l.queris ibi q̄ sanctissimus & nobilissimus Imperator.ff.de na.restit. Item dicitur religiosissimus.l.vnuz ex familia.ibi: & idem princeps prudentissimus: & iure religiosissimus de legatis secūdo. Et hic
21 est quod † dicimus quod ipse princeps potest iudicare in causa propria.textus in.c.cum venissent.de iudic.l.& hoc Tiberi⁹. ff.de heredib.instituen.quia ex quo ipse dicitur optimus & sanctissimus non est presumptio quod quoquomodo faciat iniustitiam dato quod in sua causa iudicet.hic est q̄ dicimus quod soli principi creditur.c.a nobis.extra de testibus cum propter summam principis bonitatem presumimus ipsum plenissimam veritatem dicturum dato quod solus deponat. ¶Quarto no
22 ta ex isto tex.ibi neq; patris debitores id vendere † q̄ creditores patris non habent regressum contra peculium castrēse ipsius filij ratione debitorum patris vt hic. Idem etiam dicas in fisco quia non poterit habere regressum in peculio castrensi ipsius filiusfami.propter delictum ab eo commissum.et ideo si filius committat aliquod delictum propter quod bona eius veniant publicanda non publicabitur castrēse peculium: vt est casus singu.in.l.tertia.C.de bo.pscrip.& per hec patet quod nec etiam publicabitur peculium filij aduenticium licet etiaz in eo minus ius habeat quam in castrensi: & ita concludit Barto.in l.si finita.§.si de vectigalibus.de damno infecto.versicu.sexto quero.nec etiam profecticium etiaz si filius habuisset expressaz potestatem donandi & dissipandi.ita dixit Ange.in.l.si filius. ff.de damno infecto.& ibi Imol.de quo per Modern.in dicto §.si de vectigalibus in.xxxvj.colum.in principi.sicut etiam dicimus quod publicatis bonis paternis non publicatur peculium profecticium: dato q̄ sit ipsius patris vt est casus sing.in l.tertia.§.sed vtrum.ff.de mi.& ibi Barto.qui tex.plus etiam videtur velle quod nedum si bona patris propter delictum ab eo commissum veniant publicanda quod non publicabitur peculium profecticium sed etiam si bona patris veniant occupanda per fiscum ratione contractus ipsius patris cum fisco gesti
23 & ita concludit Joan.de Pal.& Aret.hic. An autem † publicatis bonis paternis publicetur vsufructus quem pater habet in bonis aduenticijs filij.dicas vt per Bart.in.l.si quis in tantā. C.vnde vi: qui videtur inclinare quod sic: licet idem Bar.in.d. §.sed vtrum reliquerit cogitandum: de hoc etiam dicas vt per Salycetum in.l.si quis post hac de bonis damnatorum & Roma.& Modern.in dicto.§.si de vectigalibus. An autem publicatis bonis alicuius bona restitutioni subiecta veniant publicanda & Emphiteosis & feudum: & an in istis bonis possit fieri immissio.dicvt per Alexandr.consi.xxiij.in primo volumine.
24 ¶Quinto nota ex isto tex.in vlti.verbis quod † testamentuz a principio nullum propter aliquam inhabilitatem seu defectū non confirmatur ex habilitate postmodum superueniente patet ex isto textu qui vult quod si filiusfami.faciat testamentū tempore quo in potestate patris est testamentum erit nullum: quia filiusfamilias est inhabilis ad testandum ratione patrie potestatis vt hic & l.qui in potestate cum vulg.ff.de testamen. tamen si cesset ista inhabilitas post testamentum quia filius effectus sit sui iuris: tamen testamentum non confirmabitur vt hic concordat tex.in.l.prima.§.primo.ibi hoc vtiq;.ff.de lega.tertio.facit regula que ab initio de regu.iur.in sexto.facit ho.tex. infra de exhered.liber.in princip. ¶Contra tamen regulā istā videtur facere tex.in.l.filio preterito.ff.de iniusto testamē.& in l.ei qui soluendo.ff.de heredi.insti. ¶Unde prouera conclusio
25 ne huius articuli quo casu queritur † an testamentuz ab initio nullum possit confirmari ex postfacto sic distinguas fm Areti. post Barto.in.l.prima.§.primo.ff.de legatis tertio.quod quādoq; deficit testamentum ex persona testantis quandoq; deficit ratione solennitatis.quandoq; deficit ratione heredis scripti. ¶Primo casu siquidem deficit ratiōe testantis: quia erat intestabilis.postea testamentum non reconualescit dato quod testatoz efficiatur testabilis.ita procedit casus noster hic: et in l.prima.§.primo.ff.de legatis tertio. ¶Aut vero testamentuz a principio erat nullum non quia testatoz esset intestabilis. sed quia erat grauatus creditorib⁹ nec poterat instituere seruos vel quia erat vsurarius qui nō potest testari nisi prestita cautione de restituendis vsuris iuxta dispositionem.c.quamq; de vsuris in sexto.& tunc cessantibus istis impedimentis testamentū confirmatur.dicta.l.ei qui soluendo.& dicta.l.filio. ¶Secundo casu principali quando testamentum deficiebat ratione solennitatis: & tunc distinguas quod quedam est solennitas que respicit fauorem publicum vt quod sint septem testes rogati & similia.& tunc si deficit testamentum ratione huiusmodi solennitatis & testamentum postea non potest confirmari.ita not.in l.non dubium.C.de testamentis. ¶Istud tamen membrum limita nisi tractaremus de fauore alimentorum in testamento ita in solenni relictorum quoniam confirmatur per solutionem de illis factam concursu triennij.l.prima & ibi not.C. de fideicom. ¶Item limita nisi essemus in casu.l.in testamento de fideicō. liber. ¶Quandoq; vero testamentum deficit non ratione solēnitatis introducte in fauorem publicum.sed ratione solennitatis inducte in fauorem certe persone: vt quod filius non pretereat: sed q̄ instituatur vel exheredetur: & tunc testamentum po

test confirmari l. si impubes. in fi. ff. de carb. edi. & d. l. filio q̄ intellige verum ſm diſpoſitionem. d. l. filio vc̄ quando filius preteritus confirmaret illud. Secus vero ſi mortuus fuiſſet etiā viuente teſtatore. vt infra titu. j. in princi. ¶ Tertio caſu principali videlicet quando deficit ratione heredis ſcripti. & tunc nō poteſt confirmari quia in perſona heredis inſtituti tria tempora conſiderantur. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hered. inſtituendis. & j. de here. qua. & dif. §. in extraneis. fallit niſi heres fuiſſet inſtitutus conditionaliter. l. in tempus. ff. de here. inſti. ¶ Capio gloſſ. poſitam ſuper verbo permiſerint. quoniaꝫ prima gl. fuit declarata in continuatione Rubr. hec autem glo. clara eſt: & dicit quod licet filiusfamilias teſtari non poſſit etiam patre
26 conſentiente vt hic. tamē poterit † donare cauſa mortis patre cōſentiente. vt. ff. de dona. cā mor. l. tā is in fi. et rō diuerſitatis eſt ſm glo. quare eſt quod filiusfa. non pōt teſtari cōſentiēte patre. ſꝫ bene poteſt donare cauſa mortis: q̄ teſtū debet depēdere ex libero arbitrio teſtantis: non autem ab arbitrio alieno. l. illa inſtitutio. ff. de hered. inſtitu. cum vulg. vnde ſi dicerem⁹ q̄ filius poſſit teſtari cum conſenſu patris ſequeretur quod teſtamentum ipſuꝫ dependeret ab arbitrio ſeu poteſtate patris. nā in poteſtate & arbitrio eius eſſet an velit quod filius teſtetur: vel non. ergo merito no poteſt teſtari etiam patre conſentiente: ſed nō ſic reperitur in donatione cauſa mortis quod illa nō poſſit dependere ab arbitrio alieno. ergo & ita reſidet gloſſa. ¶ Modo prius antequā deſcendam ad notabilia que ex hac glo. colligi poſſunt. primo videndum eſt an ratio differētie quā ponit gloſſ. hic inter donationem cauſa mortis & teſtamentum ſit vera. & primo videtur dicendum quod non. naꝫ donatio cauſa mortis equiparatur vltime voluntati & eius naturam ſapit. l. fina. C. de donatio. cauſa mortis. & ſupra de dona. §. primo. ſicut ergo ipſum teſtamentum ſeu vltima voluntas non poteſt dependere ab arbitrio alterius. dicta. l. illa inſtitutio. ita etiam videtur dicendum quod nec donatio cauſa mortis. & per conſequens videtur dicendum quod nec etiam filiusfamilias. patre conſentiente poſſit donare cauſa mortis tanc̄ donatio iſta dicatur dependere a volūtate & arbitrio patris. ¶ Sed ad iſtud reſpon. ſm Joannem de pla. hic. & Are. & Modern. quod licet donatio cauſa mortis in pluribus ſapiat naturam teſtamenti: tamen in pluribus etiam ſapit naturam contractus vt per gloſſam no. in. l. ſecunda. ff. de do. preleg. & no. in. l. ſecunda. ff. de leg. primo. & ideo ſicut contractus pōt dependere ex arbitrio alieno. l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. obli. l. fina. C. de contrahen. emptione. cum vulg. & per conſequens auctorante patre filius poterit donare cauſa mortis. non autem teſtari. quia ipſum teſtamentum vt dictum eſt non poteſt dependere ab arbitrio aliēo plures autē alleg. rationes propter quas filiusfamilias patre conſentiente non poſſit teſtari. dic vt per Bartolum in dicta. l tam is. & in. l. ſenium. C. eodem. & ibi ceteri doctores. ¶ Babes not. ex iſta gloſſa quod filiusfamilias poteſt donare cauſa mortis patre conſentiente. dicta. l. tam is. Et dicas quod iſte conſenſus poterit interuenire in ipſo actu vel ante actum: ita dixit Bartolus in dicta. l. tam is in fin. Item poterit interuenire poſt actum dummodo poſt talem conſenſum patris appareat ipſum filium in prima volūtate perſeuerāſſe. ita probat gl. in. l. in mortis cauſa donat. ff. de donatio. cauſa mortis. in fine & ita dixit Areti. hic poſt Bartolum in dicta. l. tam is in vlti. verbis. & ad probandam iſtam perſeuerantiam erūt neceſſarij qui q̄ teſtes: vt per Bar. in. l. prima. §. ſi filius. ff. de legatis tertio & Aret. hic vide Roma. conſi. cccccxij. quoad primum quod ſi filius eſt in poteſtate aui non poterit donare cauſa mortis ſine eius conſenſu. Et aduertas etiam quia iſte cōſenſus patris debebit eſſe ſpecialis & ſpecificus ad donandū cauſa mortis nec ſufficeret quod diceret. pater do tibi poteſtatem donandi ſimpliciter. vt eſt caſus ſing. in. l. filiumfamilias. §. fina. ff. de dona. & ita dixit Salyce. in dicta. l. ſenium. & Aret. hic. & ſingula. dixit Bald. per tex. in dicta. l. filius. in ca. §. primo. de prohibi. feud.
27 aliena. per Feder. quod verbum † donatio permiſſiue prolatū comprendit ſolummodo donationem inter viuos. non autem cauſa mortis niſi ſpecialiter exprimatur: ſed prohibitiue prolatum comprendit vtramq̄ donationem vt ibi eſt caſus nota. de hac queſtione vide late per Modern. in Rubrica de donati. vide Roma. conſilio. ccccl̄xxvj. huic felici quod cui cōceſſa eſt facultas donandi inter viuos poteſt diſponere per vltimaꝫ voluntatem. Et iſta inducuntur ad queſtionem quid ſi filius fecit teſtamentum de conſenſu patris & adiecit quod ſi illa diſpoſitio non poſſit valere vt teſtamentum quod valeat iure cuiuſlibet vltime voluntatis. Et poſtea contingat quod illa diſpoſitio non poſſit valere vt teſtamentum: an trahat ad donationem cauſa mortis ſi illi quibus relinquebatur preſentes eſſent alias enim non poſſet eſſe dona. cauſa mortis cum illa debeat fieri preſenti. l. inter mortis. ff. de dona. cauſa mortis & per predicta videtur dicendum quod non quia ad hoc vt filius poſſit donare cauſa mortis eſt neceſſe quod ei ſpecifice & ſpecialiter fit conceſſum vt poſſit donare cauſa mortis. d. l. ſi. Roma. conſi. cccccxij. quo ad primum. ſed in caſu noſtro non fuit facta ſpecialis permiſſio de donatione cauſa mortis. ſed ſimpliciter fuit: ſi non valet iure teſtamenti valeat in vim cuiuſlibet vltime voluntatis ergo. de hac tamen queſtione dic vt per ſcriben. in. d. l. ſenium et per Jmol. in. l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. ¶ An
28 autem † pater poſſit conſentire filio. vt ſibi patri donet cauſa mortis vel alteri fratri exiſtenti in poteſtate eiuſdē patris. dic vt per Joan. de pla. hic per glo. in. l. j. de aucto. tut. & per Saly. & alios in. d. l. ſenium & multa alia ad hanc materiam pertinentia: dic vt hic per Aretin. & plene per omnes in dicta. l. ſenium. ¶ Capio glo. ſuper verbo ſi vero ad poteſtates pro huius gl. expeditione arguo contra iſtum tex. hoc modo dicitur in text. noſtro quod ſi illi qui in peculio caſtrenſi teſtari poterant deceſſerint ab inteſtato nec extent liberi ſeu fratres quod tūc pater ſuccedit: & ſic videtur velle iſte tex. q̄ ipſi fratres preferantur ipſi patri in ſucceſſione fratris: ſed certe iſtud videtur eſſe falſum quia immo ambo debent admitti nec vn⁹ debet excludere alium vt eſt caſus in auc. de here. que ab inteſt. §. ſi igitur defunctus tranſumptiue in auc. defuncto. C. ad tertu. ergo. Unde propter hoc eſt facta glo. noſtra que dicit quod iſte tex. loquit ſm iura iſta antiqua ſm que liberi & fratres defuncti patreꝫ excludebant a ſucceſſione. vt eſt caſus in. l. fina. C. commu. de ſucc. hodie vero dicit glo. de iure nouiſſimo authenticorum ſoli liberi teſtantis: non autem fratres patrem excludunt ſed ambo admittuntur. dicto. §. ſi igitur defunctus. ¶ Capio glo. ſuper verbo iure communi pro huius gl. expeditione arguo contra iſtū tex. hoc modo dicitur in tex. noſtro quod ſi filius qui teſtari poterat de caſtrenſi peculio deceſſerit non relictis filijs nec fratribus q̄ bona ipſius filij inteſtati pertinent ad ipſum patrem iure communi. ſed certe iſtud eſt falſum. quia ad patrem non pertinent bona filij inteſtati ſm diſpoſitionem iuris cōmunis. naꝫ ipſe pater non capit bona ipſius filij inteſtati vt heres: vt de iure communi fit quando aliquis ab inteſtato ſuccedit alteri: vt per totum titulum de acquiren. here. ſed capit bona ipſius filij caſtrenſia tanc̄ peculium. l. ſecunda. ff. de caſtrenſi peculio ergo ꝛc. ¶ Unde propter hoc eſt facta gloſſa noſtra que dicit
29 quod iſtud quod dicitur in textu noſtro quod † bona caſtrenſia filij inteſtati pertinent ad patrem iure communi non extantibus liberis ipſius filij vel fratribus debet exponi iure communi: non hereditario: quia pater non capit bona caſtrenſia filij inteſtati: vt heres vt de iure cōmuni eſt. ſed occupat bona iſta caſtrenſia tanc̄ eſſent peculium profecticium vel aduenticium vt eſt caſus in. l. ſecunda. ff. de caſtrenſi peculio. & ſic debet exponi iure communi. vt ita dixerim peculiario. Poſtmodum dicit gloſſa quod hodie iſtud eſt immutatum quia pater de iure nouiſſimo ſuccedit filio ab inteſtato vt heres: vt in authen. de hedi. que ab inteſta. §. ſi igitur. & ita reſidet glo. Babes no. ex iſta gl. q̄ de iure nouiſſimo: aut pater ſuccedit filio ab inteſtato defuncto vt heres. aut occupat bona eius iure peculij. Sed dubitatio eſt quid de iure codicis. nam de iure authentico clarum eſt vt hic per glo. & dicas quod eſt etiam de iure codicis. quia de iure. C. pater nō occupabat bona filij aduēticia iure peculij: ſed vt heres. vt eſt caſus ſing. & ibi Bar. in. l. qō ſitis. C. de bonis que liberis de quo etiam per Bar. & alios in. l. poſt dotem ſolu. matrimo. & ita dicit Aret. hic. ¶ Capio glo. fina. ſuper verbo deceſſerint. & glo. in prima ſui parte eſt clara & dicit quod illud quod dicitur in tex. noſtro quod ſi filiusfami. dum eſt in poteſtate patris ſi faciat teſtamentum quod tale teſtamētum etiā non confirmabitur dato quod filiusfami. ſui iuris factus deceſ
30 ſerit glo. dicit quod idem dicendum eſt in ſeruo. nam ſi † ſerus dum eſt ſeruus faciat teſtamentum. tale teſtamentſt non confirmabitur dato quod liber factus decedat. ¶ Capio nunc ſecundam partē gl. ibi ſi fideicom. ꝛc. & dicitur in tex. noſtro quod ſi filiusfamilias fecit teſtamentum dum erat in poteſtate patris: quod licet poſtmodum ſui iuris factus decedat quod propter hoc teſtamētuꝫ ſuū non confirmabitur. Sed contra iſtum tex. oppo. & quod iſtud ſit falſum adduco caſuꝫ in. l. prima. §. primo ff. de leg. tertio. vbi dicit caſus quod ſi filiusfamilias dum eſſet in poteſtate patris fecit codicillos quo caſu certum eſt qō codicilli non valent quia filiusfamilias ſicut nō pōt teſtari ita nec codicillari. l. ſecunda. & ibi no. per omnes de lega. primo. tamen dicit ibi tex. quod ſi filiusfamilias poſtmodum ſui iuris factus deceſſerit quod codicilli confirmabuntur & legata ſeu fideicōmiſſa in illis relicta valebunt dummodo ipſe filius poſtquā eſt.

effectus

effectus sui iuris perduret in eadem voluntate. quod codicilli per eum facti valeant: vt ibi est casus. ergo eadem ratione dicendum erat in proposito quod licet tempore quo filiusfamili. fecit testamentum esset in potestate patris & per consequēs testamentum non valeret. tamen si postmodum liber factus decesserit quod testamentum debeat confirmari. & legata & fideicō. in eo data valere. ¶ Unde propter hoc est facta Glo. que dicit quod † iste textus debet intelligi in casu suo videlz quando
31 filiusfa. dum esset in potestate patris testamentum fecit. nam licet postmodum efficiatur sui iuris testamentum non confirmabitur vt hic. Secus ve. nā ist[illegible] ami. cum esset in potestate patris fecisset codicillos. & postmodum efficeretur sui iuris. nam tunc codicilli & legata in ipsis data cōfirmabuntur dummodo filius in eadem voluntate persistat. & ita procedit casus in. d. l. j. §. primo. & ita resident glo. Ad quam Gloss. addas quod erit necesse probare per quinq; testes quod filius postq; est effectus sui iuris quod perseuerauerit in eadem voluntate. vt per Bar. in. d. l. j. §. j. & Joan. de pla. hic.

1 ¶ Impuberes testari nō possunt. possunt tamen donare cā mortis eis q̄ ab intestato successuri sunt & nu. 8.

2 Impuberes an possint contrahere matrimonium.

3 Testari non potest pupillus siue sit doli capax siue non. & nume ro. 6.

4 Statuto an inducī possit quod pupillus possit testari si sit doli capax.

5 Crimino si & periuri an per statutum possint admitti ad testificandum.

7 Prescribi siue vsucapi possunt res mobiles triennio.

9 Dies cepta in testamētis habeb̄ pro completa & nu. 13.

10 Noctis pars media versus diem tendentis dicitur pars diei sequentis.

11 Dies incipit a media nocte ad aliam mediā noctem.

12 Comedere carnes non licet preterita media nocte carnispriuij

13 Dies cepta quando habeatur pro completa.

Preterea. Impubes testamentū facere non potest: nec recōnalescit licet efficiatur pubes. vel
1 hoc dicit vsq; ad. §. item furiosi. ¶ † Nota primo ex isto textu qō impuberes testamentum facere non possunt. quia nullū est eorum animi iudicium. vt hic. ¶ Sed quid si aliquis esset pupillus & haberet eum iudicium vt quia erat doli capax. An iste talis testari possit. dic quod non etiam ad pias cās. vide Alexā drum consilio. clxxxij. in quinto volumine. vide Romanum cōsilio. cxcix. presens statuti quod licet pupillus doli capax non possit testari. poterit tamen donare causa mortis ei qui ab intestato ei successurus erat. sed immo videtur quod sic per istum textum. nam ratio quare est quod impuberes non possunt testari quia nullum est eorum animi iudicium: vt hic. ergo sequit qō si haberent eum iudicium quod possent cessante ratione legis: debet cessare & ipsa dispositio. l. adigere. §. quamuis. de iur. patronatus. c. cum cessante. de appellatio. l. generaliter. cum vulga. C. de episcopis & clericis. ¶ Secundo pro hac opinio. adduco quod dicimus in simili quod † licet alias contrahentes
2 matrimonium debeant esse puberes. supra de nuptijs. in principio. tamen fallit nisi malitia suppleat etatem. quia tunc cōtrahere poterunt matrimonium. dato quod sint impuberes. quia debemus potius attendere malitiam quam etatem. Glosa in c. de illis. & c. puberes. extra de desponsa. impuberuz. ergo ita dicamus in proposito quod licet alias impuberes non possint testari. vt hic. tamen limitetur: nisi discretio suppleat etatez: q; tunc debemus dicere quod attendamus ipsam discretionem: non etatem. ergo. ¶ Tertio pro hac opinione adduco. naz lex correctoria & penalis loquens de pubere extenditur ad impuberē si sit doli capax pubertati proximus. de primo tu habes casum in. l. impuberem. ff. de falsis. vbi lex illa penalis que vult q; nisi quis sit pubes non possit puniri de falso extendatur ad impuberem doli capacem. vt ibi per Glossam. si ergo lex penalis et correctoria loquens de Pubere. extenditur ad Impuberem doli capacem. Ergo multomagis debemus dicere in casu nostro quod textus iste loquens de Pubere debeat extendi ad impuberem. dum tamen sit doli capax. cum simus in materia fauorabili. scilicet in testamentis in quibus fit largissima interpretatio regula in testamentis. ff. de regulis iuris. & p Glossam nostram hic. et cum ea dicitur. vel sic possemus figurare argumentum in penalibus et correctorijs pupillus doli capax reputatur pubes. vt de primo &c. ergo multomagis in casu nostro debet reputari cum simus in fauorabilibus & per cōsequens tanquam pubes debet posse testari. ¶ Quarto vbi cunq; lex facit mentionem de impubere debet intelligi de impubere doli non capace. ita probat casus in dicta. l. impuberem. iuncta glossa. ff. de falsis. ergo eodez modo dicamus in proposito cum textus ille loquatur de impubere vt hic in verbo impuberes &c. quod non possint testari vt intelligamus de impubere doli non capace. nec pubertati proximo. non autez de doli capace. quia ipse bene testari poterit. pro hoc etiam facit. nā probitas supplet etatem Gloss. in. l. tertia. C. si minor se maiorē dixerit. Gl. in. l. prima. C. qui & aduersus quos. Et ista erant q̄ pro hac parte iudicio meo adduci poterant. In contrarium tamen facit. primo textus in. l. finali. C. de testamento milit. in versiculo nullo modo concedimus. vbi vult formaliter text⁹. quod
3 pupillus † nullo modo possit testari. quod si ergo vult text. ille quod nullo modo pupillus testari possit. sequitur quod sive sit doli capax: sive non quod testari non poterit. l. a procuratore mandati. l. Julia. ff. de legatis tertio. cum vulg. ¶ Secundo p hac opinione induco aliter textum in dicta. l. fina. nam vult ibi textus quod pupillus esse tribunus militum non possit. ergo videtur probare ille textus quod pupillus etiam doli capax non possit testari. nam non est verisimile quod pupillus esset promotus ad tam grande officium quale erat tribunatus militum illud enim erat quale est prefectorū pretorio. vt est casus in. l. secūda. §. exactis. de origine iuris. nisi in eo cognita fuisset singularis indistincta & integra fides. l. prima ibi. credidit enim princeps eos quos ob singularem industriam explorata eorum fide ad huius officij magnitudinem &c. ff. de officio prefe. pretor. facit textus in. l. si patronus. & ibi Bartol. ff. de confir. tu. ergo manifeste patet quod dato quod pupillus sit singularis industrie & opinionis. tamen propter hoc non poterit testari. Item pro hoc facit duplici de causa Pupillus non potest testari: vna est ratione iudicij. quia non habet iudicium seu intellectū vt est casus hic. ¶ Secunda est ratio scilicet ratione etatis. l. qua etate. ff. de testamentis. & per Glossam hic. & cum ea dicetur & plus dico quod prohibetur pupillus ad testandum magis ratione etatis: q̄ intellectus. Patet per casum in lege tertia. §. minorem. ff. de minoribus. vbi vult textus quod si aliquis sit maior tredecim annorum & non deficiant nisi duo dies vel vna dies cum dimidia. ad hoc vt compleuerit quartum decimum annum quod tamen non poterit testari: sed est necesse quod omnino tetigerit de vltimo die quatuordecim annos. ergo manifeste patet quod plus consideratur etas quam iudiciū nam si tantum consideraremus iudicium sequeretur quod pupillus qui haberet quatuordeciz annos exceptis duobus diebus quod posset testari quod nunc habeat tantum intellectum quantum habebit hinc ad duos dies. quod est falsum. vt ibi habetur. cum ergo pupillus prohibeatur testari duplici de causa valet. quia non habet iudicium. Secundo quia non habet etatem. sequitur quod licet in pupillo doli capace cesset vna causa scilicet iudicium. quia est iudiciū. tamen non cesset. scilicet etas ergo sequitur quod remanebit firma iuris dispositio. ¶ Ubi cunq; enim due rationes assignantur ad actum. si vna cesset si tamen alia remanet: remanet firma iuris dispositio. §. affinitatis. supra de nuptijs. l. liberorum. in principio. ff. de infami. cum vulga. ¶ Et ista opinio videtur mihi de iure verior. Et istam opinionem videntur communiter tenere doctores in. l. fina. C. de testamento militis. ¶ Et si hanc partem volumus sustinere possumus respondere ad adducta in contrarium. & primo Non obstat textus: quia dico quod licet quando pupillus est doli capax cesset vna ratio. scilicet discretionis. tamen non cessat alia scilicet etatis. ergo &c. ¶ Vel secūdo dico quod ista ratio non debet attendi. nam si attenderemus istam rationem: sequeretur quod vnusquisq; Pupillus habens aliquale iudicium quod testari posset. patet per istum textum qui dicit quod ideo impubes non potest testari. Quia nullum habet animi iudicium. ergo sequitur quod si aliquod haberet quod posset testari. Sed istud est penitus falsum. ergo &c. ¶ Non obstat secundū de. c. de illis. quia dico quod ibi attenditur principaliter malitia et non etas. & etas attendetur ratione mulieris. vt per glossam in dicto capitulo de illis. & textus in. c. puberes eodem titulo. vnde non est mirum si habemus ipsam maliciam non curamus de etate. at in casu nostro etas principaliter respectu sui. et non ratione discretionis. dicto. §. minorez. vnde licet adsit discretio. tamen ex quo non adest etas non valet testamentum. et ex hoc poteris colligere responsiones ad alia argumenta. potest etiam responderi ad textum in dicta authentica sacramenta quod ibi sit speciale fauore anime. ¶ Sed an

11 ſtituere vel exheredare. z ſic videt inferre iſte tex. q; ſi q̄s † haberet filium non exiſtentem in ſua poteſtate vt quia eſſet emancipatus quod tunc non teneretur ipſum inſtituere vel exheredare. ſed iſtud videtur eſſe contra caſum in. §. emancipatos infra eodem. vbi etiam filij emancipati. z ſic non exiſtentes in poteſtate patris debent inſtitui vel exheredari. ergo. vnde ꝓpter hoc eſt facta glo. noſtra que dicit quod illud quod dicit in tex. noſtro quod filij tantum exiſtentes in poteſtate ſunt inſtituēdi vel exheredandi procedit de iure ciuili. nam de iure ciuili tantū exiſtentes in poteſtate z non emancipati erant inſtituendi vel exheredandi tex. vero in. d. §. emācipatos loquitur de iure pretorio ſm quod ius fuit etiam inductum vt ipſi etiam emancipati debeant inſtitui vel exheredari z ita reſidet glo. Capio alias
12 glo. † ſup verbo nemo quoniam alia glo. clara eſt z pro expeditione huius glo. arg. contra iſtum tex. hoc modo dicitur in tex. noſtro quod ſi filius in poteſtate fuit preteritus in teſtamento quod dato quod poſtmodus decedat vivo patre nihilominus inſtitui in tali non erunt heredes. Sed contra iſtum text. z qō immo dicti inſtituti poſſint eſſe heredes adduco caſus in.l. filio preterito. ff. de iniuſto teſta. vbi dicit caſus quod ſi filius in poteſtate preteritus fuit z ipſe non dixit patris teſtamentum nullum nec aduocauit ſeu petijt hereditatem paternam quod heredes in tali teſtamēto iſtituti erunt heredes: ergo ita dicamus in ꝓpoſito quod ſi deceſſerit filius preteritus vivo patre: z ſic non potuit dicere teſtamentum patris nullū nec aduocare bona paterna quod heredes ſcripti erunt heredes. Propter hoc eſt facta glo. que dicit quod contrarium. d. l. filio procedit quā do filius preteritus poſt mortem patris vixit nec dixit teſtamē tum nullam quo caſu teſtamentum confirmatur z ſcripti in eo remanent heredes hic vero tex. loquitur quando filius non vixit poſt mortem patris: ſed predeceſſit vivo patre quo caſu teſtamentum non reconfirmatur nec in eo ſcripti remanent heredes z hec eſt prima ſo. Vel ſecundo dicit gl. illud quod dicitur in tex. noſtro quod ſi filius preteritus premoriatur vivo patre quod ſcripti in teſtamento non erunt heredes procedit de iure ſtricto ſeu rigore iuris. quia de rigore iuris nō erunt heredes: Contrarium vero loquitur de equitate ſm quam teſtamentum reconualeſcit z ſcripti poterunt eſſe heredes z ita reſidet glo. Tu vero pro vera ſolutiōe ad illam textū habes coniungere iſtas ambas ſolutiones hoc mō. aut filius moritur vivo patre z tunc teſtamentum omnino eſt nullum z ita loquitur tex. iſte. Aut vero ſuperuixit poſt mortem patris: z tunc aut illud dixit nullum z non eſt dubium quod non valet aut vero noluit dicere nullum: ſed illud approbauit z tūc licet de ſubtilitate z rigore iuris non poſſit reconueleſcere tamē de bono z equo reconualeſcet z ita dicunt omnes hic. Capio glo. ſuper verbo non cō
13 ſiſterit pro huius glo. intelligentia habes premittere qō † ſi filius iam natus eſt preteritus ſtatim teſtamentum eſt nullus ab ipſo initio ſi vero filius poſthumus fuit p̄teritus ab initio quidem valet teſtamentum: ſed poſtmodus natiuitate poſthumi irritatur vt eſt caſus. infra. §. ſequitur z ibi videbimus. Modo hoc ſtante arguo contra iſtum textum hoc modo dicit in text. noſtro quod ſi filius fuit preteritus quod licet precedat patre vivente nihilominus ſcripti non erunt heredes: quia ab initio non conſiſtit teſtamentum: ſed quod iſtud ſit falſum z quod immo ſi premoriatur filius vivo patre quod teſtamentum recōualeſcat probo per caſus. in.l. poſthumus in princi. ff. de iniuſto teſta. vbi dicit caſus quod ſi pater poſthumum preterit z poſtmodum poſthumus natus fuit. z ſic ruptum fuit teſtamentum vt infra eodem. §. poſthumi tamen ſi poſtmodum iſte poſthumus natus premoriatur vivo patre quod teſtamentum reconfirmabitur. ergo ita deberemus dicere in caſu noſtro quod licet teſtamentum in quo filius in poteſtate eſt preteritus ſit nullum tamen ſi premoriatur vivo patre quod teſtamentum debet reconfirmari. Unde propter hoc eſt facta glo. noſtra que dicit quod ideo in caſu noſtro teſtamentum non reconfirmatur licet filius preteritus premoriatur vivo patre: quia iſtud teſtamentum ab initio non conſtitit vt dicit hic text. Secus vero dicit glo. ſi a principio cōſtitiſſet teſtamētus: vt quia poſthumus fuiſſet preteritus quo caſu ab initio teſtamentum valuit: ſed poſtmodum rumpitur eius natiuitate. nam iſto caſu ſi premoriatur iſte poſthumus preteritus teſtamentum reconualeſcit z ita loquitur caſus in. d. l. poſthumus z ita reſidet glo. habes notare ex iſta glo. quod licet alias natiuitate poſthumi preteriti rumpatur teſtamentum. tamen ſi moriatur poſtmodum viuente teſtatore reconfirmatur teſtamentum. d. l. poſthumus quod intellige verum ſi moriatur viuente teſtatore naturaliter z ciuiliter ſecus vero ſi viueret naturaliter. ſed eſſet mortuus ciuiliter tunc enim non reconualeſcit. caſus eſt ſing. in.l. vxorem. ff. de inſto teſtamento. z iſtum caſum ad hoc dixit ſingularem Ro. in ſing. ſuis ſing. cxiij. incipien. tu habes quod natiuitate z iſtus caſum tene menti: quia nō allegatur in materia ſm Roma. vbi ſupra. Capio glo. ſuper verbo infirmabatur glo. argumēratur contra iſtum tex. de. §. ſed feminini infra eodem dicitur in text. noſtro quod de iure antiquo non erat neceſſarium ipſas vel deſcendentes tam ex maſculis quam ex feminis nominatim exheredare: ſed ſufficiebat eas exheredare inter ceteros z ſic vide-
14 tur velle iſte tex. quod ad hoc † vt valeat exheredatio feminarum z aliorum ſi. ſufficiat quod ſint exheredate inter ceteros: ſed certe iſtud eſt falſum: quia quando pater exheredat ipſas feminas inter ceteros eſt neceſſe quod illis aliquid leget vt ibi habetur glo. non ſoluit: ſed dicit ſolue vt ibi dicam glo. autem ibi in ver. perſone ſoluit z dicit quod illud quod dicitur in caſu noſtro quod ſufficiat ipſas feminas exheredare inter ceteros loquitur quando femine iam nate exheredantur. Si vero filia femina poſthuma exheredabatur inter ceteros tunc erat neceſſarium ei aliquid reliqui iure legati vt ibi habet z ita dicit Are. hic. Capio glo. ſuper verbo ceteros quoniaz alie due glo. ſunt
15 clare z glo. querit dicitur in tex. noſtro q; † filius non poteſt exheredari inter ceteros: ſed debebat exheredari nominatim filie vero femine vel deſcendentes ex feminis vel ex maſculis poterant inter ceteros exheredari. modo nunc ipſa querit quomodo in filijs maſculis non valebat exheredatio inter ceteros in feminis vero ſic glo. reſpon. z dicit quod poteſt exemplificari hoc modo vz ſi pater dicat vnum de filijs meis exheredo in ipſis quidē filijs non valet hec exheredatio tanq̄ ſit facta inter ceteros filios. Secus erit in ipſis feminis z alijs de q̄bus hic quia ſi teſtator dixerit vnaz ex filiabus meis exheredo vel vnā ex nepotibus meis exheredo valebit talis exheredatio dato quod ſit facta inter ceteros. Vel ſecundo dicit gloſ. poteſt exemplificari tex. iſte quando pater dixit vnum puta titium inſtituo z poſt ſi vult alios filios exheredare dz dicere reliquos filios exheredo alias ſi ſimpliciter diceretur filium exheredo z non diceret reliquos vel ceteros filios exheredo cum plures haberet non valeret talis exheredatio tanq̄ facta inter ceteros vt eſt caſus in. l. ij. ff. de lib. z po. ſed dicit gloſ. ſecus erit in iſtis. nam poterit teſtator dicere talem filium meum inſtituo filiam meam exheredo vel nepotem meum exheredo z valebit hec exheredatio q̄uis plures filias habeat vel nepotes z dicatur facta inter ceteros z ita reſidet glo. Aduerte ad hāc glo. ſm moder. hic quia glo. vult in ſui principio quod licet hec exheredatio filium meum exheredo non valeat tanq̄ ſic facta inter ceteros: ſed in ipſis feminis ſic. Unde ſi teſtator dixit vnaz ex filiabus meis exheredo quod valebit hec exheredatio. Mā dicūt mo. videtur impoſſibile quod hec exheredatio valeat in ratione incertitudinis cum neſciamus quam filiam teſtator voluerit exheredare. Unde dicūt ipſi quod poſſumus ſaluare gl. hoc modo quod aut queris an hec exheredatio valeat in feminis dato quod ſit inter ceteros dicit gl. quod ſic. Aut vero queris an valeat propter defectum incertitudinis z dicas quod non. non autem ex eo: quia facta inter ceteros. Vel ſecūdo poſſumus dicere quod immo iſta exheredatio eſt rite facta quantum ad ius: ſed deficit probatio. l. duo ſunt titij cum vul. ff. de teſta. tu. Capio aliam glo. ſuper verbo nominatim z gloſ. in ſui prima parte eſt clara z addit nōnullus alios modos per quos etiam exheredatio dicetur facta nominatim. naz dicitur in tex. noſtro quod ſi pater dixit filium meum exheredo nec nominauit proprium nomen filij quod talis exheredatio valet ſi nō habebat niſi vnicum filium glo. modo dicit quod etiam exheredatio dicetur facta nominatim alijs modis primo ſi teſtator inſtituit vnum heredem puta titium omnes liberi mei ſint exheredati. nam iſto caſu dicetur facta exheredatio nominatim de filijs allegat caſum in. l. tiberius. ff. eodem. Item dicit glo. quod

filius

filius dicetur nominatim exheredatus per quecūq; verba fuerit exheredatus dummodo per illa verba certa sit seu certificetur persona que exheredatur allegat.ff.si cer.petaf.l.certuz ꝛ.ff.de iniusto rup.testamento.l.posthu.§.nominatim ꝛ.ff.de lib.ꝛ pol.lege prima ꝛ secunda.Subiungit etiam glos. quod illud quod dictum fuit supra quod valet hec exheredatio tanq; nominatim facta si testator instituat vnuz postea dicat omnes liberi exheredati sint.Secus dicit glo. in hac exheredatione scz si testator dicat filiuz meū instituo ceteros liberos exheredo vel si testator dixisset seium extraneum instituo liberos aūt exheredo non autem dixit omnes liberos exheredo vt dictum fuit in prin.glo.nam dicit glo. istis casibus exheredatio nō valet tāq; inter ceteros facta patet dicit glo.quod sit facta inter ceteros.quia filius videtur exheredatus ꝛ immixtus cum alijs existentibus in remotioribus gradibus quod sit ipse filius.nā quādo dicit testator ceteros liberos exheredo vel liberos exheredo videtur nedū exheredare filios sed etiā ipsos nepotes in remotioribus gradibus existentes. nam appellatione liberorum veniunt nepotes.l.liberorum.ff. de ver. signifi.l.quid si nepotes de test.tu.Unde tanq; hec exheredatio sit facta inter ceteros non debet valere cum ipse debeat nominatim exheredari ꝛ ita resident glo.Aduerte ad glo.istaz sm moder.hic post Joan.Fab.quia glo.ista vult quod sit differentia an testator dicat omnes liberos exheredo an vero dicat reliquos liberos exheredo primo casu.vt videatur nominatim exheredare secūdo vero non.nam certe hec differentia non videtur bona cum inter verbum ceteros ꝛ omnes nulla videatur differentia.l. ceterorum.ff.deverbo.signi.Unde quando testator dixit omnes filios exheredo valet exheredatio ita debet valere quando dixit ceteros liberos exheredo.Item etiam facit secundum eos nam ideo dicit Roma. quod non valet hec exheredatio reliquos liberos exheredo vel ita simpliciter liberos exheredo: quia isto casu dicitur facta hec exheredatio inter ceteros cum sit immixta cum alijs inferioris gradus quam sint ipsi filij. naz cum dixit liberos exheredo nedum videtur exheredare filios sed ꝛ ipsos nepotes.l.liberorum ꝛc.sed certe attēta hac ratione multo magis debemus dicere quod nō valeat exheredatio quando dixit omnes liberos exheredo cum tūc maior fiat gradum immistio ꝛ magis dicatur facta inter ceteros. Quapro pter dicas vt dicebat glo.in.d.l.titius qd debet esse differētia quod aut testator dixit filios exheredo:ꝛ tunc valet talis exheredatio ꝛ dicetur nominatim facta. Aut vero dixit liberos exheredo,ꝛ tunc non debet valere tanq; sit facta inter ceteros cū appellatione liberorum nedumveniat liberi primi gradus:sed ceteri in infinitum.Aduerte etiam ad aliud sm eosdem mo.naz glo.vult quod non valeat hec exheredatio reliquos liberos exheredo vel ita simpliciter.

1 ☞ Preteritio filij iam nati licet decedat vivo testatore testamentum non reconualescit.

2 Testamentum in quo posthumus est preteritus eius natiuitate infirmatur.

3 Aboztiuus filius perinde habeꝰ ac si natus non fuisset nec rumpit testamentum.

4 Sed si mulier non peperit aboztum sed aliquod animal nō habens formam hominis an testamentum rumpatur.

5 Monstrum non dicitur homo habens duo capita.

6 Monstruosum hominis interficiens an debeat puniri ꝛ homicida.

7 Monstruosi homines an baptizari debeant.

8 Aboztum procurans qualiter puniatur.

9 Et qua pena puniatur interficiens existentem in vtero ꝛ numero.II.

10 Infans in vtero matris existens non est homo.

12 Posthumi si exheredentur an tantum intelligantꝰ exheredati tunc temporis existentes in vtero an etiam alij nascituri ex presenti matrimonio vel futuro.

13 Posthumus non potest exheredari.

14 Instituj possunt filij post testamentum adoptati.

15 Filiozum verbum siue liberozum a testatore prolatum cōprehendit tam naturales q̄ legitimos.

16 Institutio posthumi indefinita an trahatur ad omnes posthumos.

17 Exheredari non potest filius nisi iusta causa exheredatiōis expressa.

18 Semi natus si anteq; perfecte extraheretur fuerit mortuus an habeatur pro nato quantum ad hoc vt rumpat testamentum.

19 Testamentum si natiuitate posthumi est ruptum dato quod postmodum decedat posthumus non reconualescit testamentum.

20 Posthumus natus si ilico decessit nihilominus rumpit testamentum.

21 Aboztiuus natus non rumpit testamentum.

Posthumi. Etiam posthumi debent instituivel exheredari alias nato posthumo rumpitur testamentum:sed valet prius ꝛ femina posthuma olim poterat inter ceteros exheredari cum legato masculus vero posthumus nominatim hoc.d. sm Aret. vsq; ad.§.posthumozum. Not.primo ex isto text.ibi preterito valet quidem testamentum sm Joan.de pla.ꝛ mod.quod differentia est inter posthumum preteritum ꝛ iam natum preteritum.nam iam nato preterito a sui principio testamentum est nullum vt supra in princi. ibi ab initio ꝛ.d.l.inter cetera cum vul.sed secus est in posthumo preterito:quia a principio testamentum valet: sed postmodum eius natiuitate rumpitur vt hic. Item est alia differentia
1 sm eos.nam si filius† iam natus preteretur dato quod postmodum vivo testatore decedat testamentum nō reconualescit vt supra eo.in prin.ꝛ.l.si filius qui in potestate.ff.de libe.ꝛ po. nisi instituti fozent in tali venientes ab intestato vt est casus no. in.l.posthumus.§.idem circa.ff.de iniusto.te.ꝛ diximus eodez titu.Secus vero in posthumo preterito.nam si nascatur ꝛ postmodum moziatur vivo testatore indistincte recōualescit testamentuz de iure pretorio hoc est siue in quo ipse fuit preteritus fuerit instituti venientes ab intestato siue non vt est casus not. in.d.l.posthumus in prin.Secus tamen esset si posthumus preteritus natus mozeretur post mortem patris. quia tunc nullo iure reconfirmatur testamentuz.C.de hered.insti.l.ij.ꝛ p Bar. in.d.l.posthumus.Secundo not.ex isto tex.sm Are.ibi totum
2 infirmatur q̄† testamentum in quo posthumus est preteritus eius natiuitate infirmatur.ꝛ sic nedum respectu institutionis: sed etiam legatozum concozdat tex.in.l.j.C.de post.he.istud tamen hodie,cozrigitur.qz hodie indistincte testamentum nō annullatur quo ad legata ꝛ cetera capitula testamēti ex causa preteritionis siue posthumi siue iam nati:sed tantum ipsa institutio viciatur vt est casus in auf.ex causa.C. de lib.preter.ꝛ ibi Bar.ꝛ alij.Not.tertio ex isto tex.ibi aboztum fecerit sm Jo.
3 de pla.ꝛ alios q̄† filius aboztiuus natus non rumpit testamētum:qz perinde est ac si natus non fuisset.l.vzozis aboztu.C.de post.ꝛ.l.qui moztui.ff.de ver.sing. Secus vero si filius natus fuisset viuus ꝛ statim postq; natus fuit statim moztuus est existens in manibus vel emissa voce vel non emissa dūmodo spiritum haberet.l.quod certatum.C.de posthu.l. q̄ dicitur ibi cū
4 spiritu.ff.de lib.ꝛ posthu.Sed quid† si mulier non peperit aboztum.sed peperit aliquod animal quod non videbatur habere aliquas qualitates vel formam hominis an testamentū rumpatur.ꝛ sic dicas q̄ si quidem tale animal declinabat ad monstrum vel prodigium vtputa:quia habebat caput seu effigiem animalis vel non hominis ꝛ isto casu non rumpitur testamentum.l.quod certatum ibi ad nullum declinans monstrū vel prodiguum.C.de posthu.idem si haberet caput retro spatulas ita dixit Ang.in.l.q̄ dicitur.ff.de lib.ꝛ po.pro quo facit tex.in.d.l. non sunt lib.ibi conuerso moze creantur.ff.de sta.ho. facit etiā glo.in.l.q̄ret.ff.dever.sing.vbi voluit glo.q̄ homo habens oculos retro non dicitur homo: sed monstrum ꝛ ita pertransit.d. Alex.ꝛ ibi.Sed Jmo.in.d.l.q̄ dicitur dicebat contrariuz pro
5 quo facit q̄ dixit gl.in.l.ostentū.ff.de ver.sig.vbi voluit q̄† homo habens duo capita non dicitur monstruz ꝛ per consequēs rumpere testamentū natus vt ibi per eam glo. tñ in.l. non sunt liberi tenuit contrarium vnde sup hoc cogitabis. Aut vero tale animal editum non declinabat ad monstrum vel prodigium. sed habebat effigiem hominis habebat tamē officia membrorum vel diminuta vel augmenta vtputa: qz habebat sex digitos vel quatuor vel tres pedes vel tria brachia ꝛ isto casu bene rumperet testamentum vt est tex.ꝛ ibi glo.in.d.l. non sunt liberi ꝛ tex.ꝛ glo.in.d.l.ostentum ꝛ ita intelligatur tex.in.d.l.qō dicitur ibi integrum animal editus ꝛ ibi Ang.ꝛ Jmo. An autē
6 interficiens† hominem monstruosum debeat puniri vt homicida:ꝛ ideo si statuto caueretur qō interficiens hominē punitur tali pena.an si quis interfecerit hominē monstruosum debeat puniri illa pena tanq; interfecerit hominez ꝛ ꝺdem Bal. in.d.l.q̄ dicitur dixit qō homo mōstruosus dicit esse homo: qz essentia hominis est ab anima ꝛ spiritu.ꝛ ideo dicebat ipse qō debebat puniri pena statuti.Sed Ang.ibi ꝛ Jmo.ꝛ.d.Alexā. in hoc videnꝰ distinguere vt supra dixi quod aut homo interfectus erat monstruosus:qz officia membrorum erant ampliata ꝛ diminuta:ꝛ tunc procedat dictum Bal.aut erat aliter monstruosus.ꝛ tunc secus tanq; non sit homo.Et ex hoc etiam po-
7 teris cognoscere an homines † monstruosi debent baptizari. quia habes distinguere vt supra ꝛ ita dixit Jmo.in.d.l.q̄ dicit

8 in vl. verbis. Sed qua pena puniatur † mulier comprimens viscera sua vel recipiens poculum vt abortum faciat ꝛ dicas fm Joan. de pla. quod si quidem mulier compressit partum anteq̃ posthumus haberet animam quod non contingit in masculo ante quadraginta dies in femina vero ante sexaginta vt per glo. in l. diuus. ff. de va. ꝛ extraord. crimi. ꝛ ibi Barto. ꝛ Ang. ꝛ isto casu relegatur vt est casus in. d. l. diuus ꝛ hoc verum nisi fecisset per pecuniam: quia tunc puniretur pena capitis. l. cicero. ff. de penis. Si vero partus non animatus: ꝛ tunc punitur pena. l. cornelie de paricidijs tanq̃ filium suum interfecerit. lege prima de paricidijs ꝛ ita dixit Barto. in. d. l. diuus in distinctione de partu animato vel non animato dic vt in. c. sicut ex literarum extra de homic. Si autem aliquis dederit poculum abortionis alicui mulieri vel etiam poculum amatorium vt magis incalescat in amorem suum punitur si quidem dans poculum ista erat persona vilis ꝛ damnatur in metallum. Si vero honesta persona sit in insulam deportatur cum publicatione medietatis bonorum suorum ꝛ hoc est verum si ille cui data fuerunt pocula ista nō est mortuus. si vero mortuus esset tunc dās capite punitur vt est casus in. l. si aliquid. ff. de penis. §. qui abortionis ꝛ. l. iij. ff. de sica. Et ista dicebat Joan. de pla. hic not. cōtra istas mulieres clandestine adulterantes ꝛ postea conantes
9 abortum facere. ¶ Sed qua pena puniatur † interficiens existentem in vtero an debeat puniri vt homicida vidimus enim supra qua pena puniatur ille qui dat poculum vt fiat abortus ꝛ sic mulier non concipiat modo nunc videndum est qua pena puniatur interficiens existentem in vtero ꝛ si quidez loquimur de pena iuris communis ꝛ punitur. l. cornelia de sicarijs vt homicida. l. fi. ꝛ ibi no. C. de sic. facit qō habetur in. c. si quis extra de hom. Aut vero queris de pena statuti puta si statuto caueꝛ quod occidens hominem puniatur tali pena an comprehēdat interficientem posthumum tanq̃ dicatur interfeciſſe hominez ꝛ dicas quod non: quia non est homo: sed homo fieri speratur l. cum interveteres. C. de fideicommissa. lib. l. negat ibi spes animantis. ff. de mortuo infere. ꝛ ita dixit Bal. in. d. l. quod dicitur ꝛ in. d. l. cum inter de quo dicas vt per Alexan. in. d. l. quod dicitur. Pro hoc allegabat Roma. in lege prima. §. occisorum. ff. ad sil. id quod habetur in. l. qui occidit cum multis simi. ff. ad. l. aquil. vbi ille dicitur committere homicidium qui occidit ho-
10 minem: sed † partus seu infans existens inventre non est homo all. l. in lege. §. placuit. ff. ad. l. fal. Secundo adducebat ipse casum in. d. c. si aliquis ibi vt homicida que verba videntur esse nota fictionis: ergo non vt verus homicida punietur cum non habeat locum fictio in statutis. l. iij. §. hec verba. ff. de neg. gest. cum simil. multas etiam alias rationes adducit quas videre poteris: sed contra ista facit casus in. c. aliquando. xxxij. q. ij. ꝛ arguo sic: quicunq; eedem fecerit capite puniatur. c. omnis lex. iij. seu. iiij. distin. sed partus dicitur occidi. vt est casus in. d. c. aliquando ideo merito quando quis interficit infantem existentem in vtero tanq̃ eedem fecerit debet capite puniri ꝛ vt homicida. Item facit. l. si non vestimentum. ff. de auro ꝛ argen. leg. ꝛ dixi in. l. si non tantum. §. infecti. ff. de dam. infect. vbi illud quod est in spe habetur ac si esset in re vide que dixi late in regulis meis: sed iste partus speratur homo. ergo ꝛc. ad istā questionem vide per Alber. in tertio statu. ꝛ per Sicu. in. d. c. si aliquis de homi. ꝛ in Joannina. inquantum tractat de pedibus
11 imperat. late hoc examinat. pro hoc etiam facit. nam † grauius est puniendus qui occidit existentem in vtero quam si occidisset iam natum. quia interficiens existentē in vtero interficit corpus ꝛ animam: sed non sic in occidente iam natum pro hoc adduco glo. sing. in. c. rebatizare de conse. di. iiij. que dixit quod grauius peccat occidēs paganū quā occidēs christianū: qui occidēs christianū solū corpus occidit q̃ aūt occidit paganū occidit corpus ꝛ animā potuisset eiū effici christianus: ꝛ sic lucrari animā que per hoc pditur. Capio glo. super ver. posthumi dicitur in tex. nostro quod posthumi debent institui vel exheredari modo querit glo. quid si posthumi sint instituti hac institutione qui videantur instituti an videantur instituti tantum nascituri ex presenti matrimonio hoc est ex vxore quaz nūc h3 testator an etiam nascituri ex futuro gl. dicit quod hac institutione omnes posthumi intelliguntur instituti sine nascituri sint ex presenti matrimonio vel ex futuro vt est casus in. l. placet cuz. l. seq. ff. de lib. ꝛ post. Postmodum glo. querit quid in exhereda-
12 tione vt si fuerint exheredati † posthumi an tantum intelligantur exheredati tunc temporis existentes in vtero. an etiam alij nascituri ex presenti matrimonio vel futuro ꝛ glo. respon. quod isti tales nō intelliguntur exheredati. Ratio est: dicit glo. quia exheredatio posthumi debet fieri nominatim vt in ver. seq. quando dico exheredo posthumum ista exheredatio non dicitur facta nominatim: cum nominatim non fuit dictum posthumos nascituros mihi in futurum vel futuro matrimonio sequi quod non dicentur ipsi exheredati. Anteq̃ descendam ad notabilia que ex hac glo. colligi possunt prius est videndum an illud quod dicit glo. hic quod si testator dicat posthumū exheredo an per talem exheredationem posthumi futuri sint exheredati ꝛ quidem vt vides glo. vult quod ipsi non intelligantur exheredati: quia ipsi nominatim non fuerunt exheredati. Et pro hac glo. facit nam verba indistincte prolata debent intelligi de primis seu de primo. l. boues. §. hoc sermone de ver. signi. Unde ex quo testator dixit exheredo posthumum debemus intelligere quod tantum primus intelligatur exheredatus ꝛ non futuri. Contrarium tamen tenuit glo. in. d. l. placet vbi glo. voluit quod per talem exheredationez omnes posthumi intelligañ exheredati ꝛ hoc per casum in. d. l. iij. §. fi. vbi dicit casus quod valet hec exheredatio posthumus exheres esto. ꝛ postmodum natus posthumus non rumpit testamentum: ergo hec exheredatio dicetur facta de omnibus alias postmodum nati rumperent testamentum. Pro hoc etiam facit. nam non est dare bonā rationem diuersitatis quod magis primus posthumus intelligatur exheredatus q̃ ceteri cum tantum affectionis dicatur habere ad primum quantum ad futuros vnde quemadmodum intelligitur exheredatus primus ita ꝛ secundus ꝛ ceteri ꝛ ita dicebat Ang. in. l. ij. ff. de lib. ꝛ po. Unde circa hoc vna fuit opi. Ang. in. d. l. placet distinguētis hoc modo q̃ quando facta fuit dicta exheredatio posthumum meum exheredo si quidē vnus tantum posthumus nascatur valebit in eo exheredatio ꝛ dicet in eo facta nominatiz sine vnus nascatur ex prima vxore sine ex secunda vt dicebat Are. hic post Raph. Aut vero nati fuerunt plures ꝛ non debet valere in aliquo tāq̃ non facta nominatim: sed inter ceteros ꝛ ita pertransit etiam Joan. de pla. hic. Pro quibus facit. nam ita debet fieri nominatim exheredatio posthumi sicut iam nati. lege tertia in prin. ibi ad similitudinem iam nati. ff. de iniusto testamento modo sic quando testator dicit filium exheredo si quidem vnicum tantum filium habet valet exheredatio ꝛ dicitur exheredatus nominatim. secus vero si testator plures filios habeat: quia tunc non valet hec exheredatio tanq̃ non nominatim facta: sed inter ceteros vt est casus. l. ij. ff. de lib. ꝛ po. ꝛ supra vidimus. Ergo ita dicamus in proposito quod quando quis dicit posthumum meum exheredo si quidem vnicus tantum filius natus fuerit valeat in eo secus vero si plures. quia tunc non debet in aliquo valere tanq̃ non dicatur exheredatio nominatim facta. Alia etiam fuit circa hec opinio Jmo. in. d. l. placet. tamen quia vt ipse dixit ꝛ post cum. d.
13 Alexā. ista † dubitatio nihil vtilitatis habet cum hodie posthumus non possit exheredari vt nota. in. l. maximum vitium C. de lib. preter. ꝛ infra dicemus ideo amplius non insisto. No. primo ex hac glo. quod si testator dixit posthumum instituo q̃ intelligitur instituisse omnes posthumos tam presentes tempore testamenti quam futuros quod videtur esse mirum. nam vt dixi verba indefinite prolata debent intelligi de primis et non de alijs. d. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signifi. Unde quando indistincte dixit testator posthumum instituo debebamus interpretari quod testator tantum intelligeret de primo ꝛ non de alijs. ergo. Item etiam videtur mirandum verba indefinite prolata a testatore referuntur ad tempus testamenti l. si ita quis. ff. de auro ꝛ argento lega. cum vulga. vnde ex quo testator simpliciter dixit instituo posthumum videbatur dicendum quod tantum instituisset posthumum quem habet tempore testamenti ꝛ non futuros: sed dicas quod ideo ita statuitur in casu nostro fauore institutionis ꝛ testamenti conseruandi. nam si diceremus quod tantum primus posthumus vel existens in vtero tempore testamenti ꝛ non alius esset institutus sequeretur quod si postmodum alij posthumi essent nati quod tanq̃ preteriti testamentum rumperetur vnde propter hoc fauore testamenti ꝛ institutionis ne testamentum irritetur voluit lex quod omnes posthumi intelligātur instituti ꝛ ita dixit glo. ꝛ ibi ceteri in. d. l. placet. Et per predicta determinauit singularem questionem Barto. in. d. l. placet in qua dicit se consuluisse testator insist in testamēto suo quod in domibus suis fieret hospitale quod heredem instituebat postmodum testator superueniens alienauit dictas domos ꝛ alias emit ꝛ post mortuus est querebatur an hospitale deberet fieri in domibus nouiter emptis ꝛ videbatur dicendum quod non: quia illa verba in domibus suis regulariter referentur ad tempus testamēti. l. si ita. ff. de aur. ꝛ arg. leg. cum vul. ꝛ sic videbatur velle q̃ in domibus q̃ erant tēpore testamēti illud hospitale fierer: sed amplius ille domus non sunt. ergo. Nihilominus ipse cōtrariū determinauit: q: fauore institutionis ꝛ testamenti conseruandi debemus

interpretari

interpretari q̄ nedum intellexerit de domibus quas habet tē
pore testamenti: sed etiam de domibus postmodum emptis si
cut dicimus hic q̄ fauore testamenti quādo quis dicit instituo
posthumum nō intelligitur tantum sensisse de posthumo tem
pore testamenti: sed etiam futuro. Secundo not. ex hac glo. q̄
si quis instituit posthumum q̄ nedum videtur instituisse post
humum ex presenti matrimonio. ꝛ sic ex presenti vxore: sed na
sciturum ex futuro matrimonio. ꝛ sic ex futura vxore. Idē etiā
14 dicas ſm Aret. hic quod videntur instituti † posthumi ciuiles
hoc est filij post testamentum adoptati qui dicuntur posthumi
ciuiles ita probat casus. ꝛ ibi not. in. l. sed̄ est quesitum. ff. de li
be. ꝛ posthu. ꝛ in. l. si quis posthumos. vide Alexand. consilio.
clxxj. in. ij. volumine ꝛ ibi plura similia in materia adducit. vide
que dixi in. l. si cognatis de rebus dubijs. Sed an intelligatur
institutus naturalis tantum ex concubina postea natus Bal.
in. d. l. placet tenet q̄ non siue testator esset vxoratus tempore
testamenti siue non. monetur autez ipse per casum in. d. l. placet
ibi ex quacunq̄ vxore vbi vult tex. quod per ista verba posthu
mum instituo videantur instituti posthumi nascituri ex quacun
q̄ vxore. ꝛ sic videtur inferre quod secus esset si essent nati ex
alia q̄ vxore. et sic concubina et pro hac opinione facit. nam
ideo ista indefinita institutio posthumi trahit ad futuros post
humos: quia si isti non intelligerentur instituti tanq̄ preteriti
romperent testamentum: vnde fauore testamenti ne testamen
tum rumpatur fuit statutum vt omnes posthumi intelligantur
instituti vt supra vidimus: sed certe hec ratio non habet locuz
in filijs naturalibus: quia dato ꝙ dicimus q̄ ipsi nō fuerint
instituti tamen propter hoc non romperetur testametum: quo
niam filius naturalis preteritus testamentum non rumpit: vt
per glos. singu. in. l. j. in versi. naturales. ff. de contratab. cum er
go cesset ratio quare hoc fuit inductuz debet cessare ipsa iuris
dispositio. l. adigere cum vul. Contrariuz tamen tenuit Raph.
in. d. l. placet ſm Areti. hic. ꝛ hoc per casum in. l. generaliter. et
de instituto. et substituto. sub con. fac. et. l. ex facto. §. si quis rog. ad
15 treb. vbi † verbū filiorū seu liberoz a testatore prolatū ita com
prehendit filios naturales sicut legitimos: ergo ita dicamus
in proposito quod quemadmodū verba ista instituo posthu
mū prolata a testatore comprendunt omnē posthumum legiti
mum ita comprendant etiam naturalez. Sed ad hoc tu posses
respon. quod ideo ibi cōprenduntur tam naturales q̄ legitimi
quia illa dispositio fuit inducta ppter naturalē affectionez quā
habet ipse testator tam ad naturales q̄ legitimos. Sed dispo
sitio de qua hic non fuit inducta propter hoc: sed fauor testa
menti conseruandi que ratio non militat in casu nostro ergo.
Secundo pro hac opinio. adduco nam si per ista verba intelli
guntur instituti posthumi ciuiles vt supra dixi. ꝛ tamen illi nō
sunt nati ex vxore: ergo eadem ratione nati ex concubina maxi
me cum ipse pater dicatur distare ab vxore. l. itez legato. §. par
ni de lega. iij. Unde dicas sic quod aut testator instituit posthu
mum insolidum. ꝛ tunc videtur esse clarū quod non intellexerit
nisi de posthumo legitimo ꝛ naturali cum naturalis tantuz nō
possit institui insoliduz. l. licet. C. de naturalibus. ꝛ isto casu cla
re procedit dictum Bald. Aut vero testator instituit posthu
muz in duabus vel tribus vncijs vt de iure fieri potest ꝛ est ma
ior dubitatio. Tamen domi. Alexand. in. d. l. placet dicit esse di
stinguendum in hoc vt distingunt docto. in. d. l. generaliter in
quantum loquuntur an appellatione filiorum comprehendātur
naturales: nam ipsi dicunt quod aut testator erat talis qualita
tis cui non erat verecundia habere naturales: vt quia erat ipse
etiam naturalis. ꝛ tunc isto casu facta mentione de filijs a testa
tore veniunt etiam naturales. aut vero testator erat talis con
ditionis cui erat dedecus habere naturales: vt quia esset vir
in dignitate cōstitutus et isto casu non comprenduntur natura
les: vnde ipsi dicunt. et ita etiam dicenduz in casu nostro quod
si testator qui dixit posthumum meū instituo erat talis condi
tionis cui non erat verecundia habere filios naturales. ꝛ isto
casu etiaz filij ex concubina nati veniant cuz videatur esse eadē
ratio inter natos ex matrimonio quemadmodū ex concubina
aut vero sibi erat verecundia. ꝛ tunc secus. ꝛ ita remanet ibi. d.
Alexand. et ita formaliter dixit hic Are. quē non vidit do. Ale
xan. vel ipsum tacuit. Et sic ex istis habes vnam limitationem
16 ad tex. in. d. l. placet et glos. q̄ † institutio posthumi indefinita
non trahitur ad omnes posthumos. s. naturales vt supradictū
fuit. Secundo limita nisi testator dixisset instituo ventrem vxo
ris mee: quoniā tunc ista verba non cōprendent nisi tunc existē
tem in vtero non autez alios nascituros etiaz ex eadē vxore ita
dixit Raph. in. d. l. placet quem sequitur et refert Areti. hic.
Douentur ipsi nam proprie venter dicitur quando mulier est
pregnans: vt in toto titulo. ff. de ven. in poss. mit. ꝛ. ff. de acqui
ren. hereditā. l. ventre. ꝛ sic videtur tantū instituisse tunc existē
tez in vtero non autem futurum. Nec obstat dicunt ipsi quod
institutio posthumi trahatur ad omnē posthumum qui tūc exi
stat in vtero vel non quia dicit ipse quia ibi verba illud pati po
terant. Secus autem est in casu nostro. Tu vero adde quod eā
dem opi. videtur sequutus Paul. de castr. ibi argumen. glo. in
l. ideoq̄. ff. de liberis ꝛ posthumis que dixit quod licet institu
tio posthumi indefinita trahatur ad omnem posthumuz vt ibi
tamen dicit gl. quod illud erat veruz. quādo testator dixit post
humuz indefinite secus aūt si dixisset posthumū meuz vel post
humum quem habeo: quoniam tantuz tunc temporis existens
in vtero videtur institutus. Contrariuz tamen videtur tenuisse
Joan. and. in titulo de testa. in rubrica. in penulti. colū. in addi.
ad Specu. vbi ipse voluit quod quando testator dixit instituo
ventrez vxoris quod tunc videantur instituti nedum tunc tem
poris existentes in vtero: sed etiaz futuri non tamen ipse loqui
tur quando testator dixit instituo ventrem vxoris mee vt est q̄
stio nostra ꝛ cum dicto Specu. transit Ange. consilio incipien.
simon notarius. ꝛ Oldra. consilio. cxij. incipien. quidā in suo te
stamento de hoc dicas vt per moder. in. d. l. placet nolo intra
re. Lapio glos. in versicu. omniū dicitur in text. quod par est cō
ditio omniū posthumoz est par filio posthumo in potestate q̄
tum ad hoc: vt tunc rumpant testamentū quādo nati erunt gl.
dicit omniū posthumorū siue nascentur ex ipso testatore siue cū
filijs testatoris. naz preteritio ista istorum posthumoz omnino
est par. quia isti omnes tunc rumpunt testamentuz quādo nati
erunt. ꝛ non ante secus dicit glo. in iam natis naz preteritio filij
iam nati et preteritio nati ex filio testatoris non equiparantur
vt supra eodē. §. sed non ita naz filijs preteritis statim testamen
tum est nullum. Sed secus est in filijs iam natis preteritis quo
niam ipsi statim non rumpunt testamentum: sed habebant ius
accrescendi: vt ibi. Lapio glo. super verbo rumpatur dicit hic
quod agnatione posthumi vel posthume testamentuz rumpit
dicit glo. hoc est verum quando isti fuerunt preteriti: vt hic se
cus si fuissent exheredati: quia tunc testamentū non rūperetur
eorum natiuitate: sed agerent querela inofficiosi dicit tamen gl.
quod hodie ipsi non possunt exheredari: vt. C. de inoffic. testa.
17 l. si quis. §. j. Et ratio est quia hodie filius non potest † exhere
dari nisi iusta causa exheredatiōis expressa: vt in authen. vt cū
de appella. cogn. §. causas colum. viij. sed posthumus non po
test committere causas ingratitudinis ergo. In glos. infirmatur
glo. dicit hic id quod dicitur in. l. si filius. ff. de testamen. mil. ibi
duo notabiles casus ponuntur ſm Areti. hic primus est casus
quod filius fa. miles faciat testamentū vino patre suo ꝛ posthu
mum pretereat demū nascatur posthumus mortuo patre testā
tis hoc est auo posthumi quod testamētū rumpitur nisi miles
perseueret in eadē voluntate. Et ratio est quia posthumus na
tus nascitur in sui potestate. ꝛ per consequens rumpit testamē
tum. Secus vero si posthumus nascatur vino auo: quia tunc
nec testamentum patris nec aui rumpitur non patris: q̄ ipsuz
non habet in potestate non aui: quia impedit euz filius fami. mi
les. In glos. aborsum quid si filius esset natus ex secto ventre
matris iuxta text. in. l. negat. ff. de mortuo inferē. an rumpat te
stamentuz et dicas quod sic. l. quod dicitur. ff. eo. Sed quid si
18 semi† nato ponamus quod † filius erat semi natus ꝛ priusq̄ per
fecte extraheretur mortuus est an habeatur pro nato q̄tuz ad
hoc vt rumpat testamentuz. ꝛ dic quod non vt est casus in. d. l.
quod certatum ibi perfecte natus. C. de posthu. here. insti. Sz
quid si fuerit posthumus viuus extractus: sed cognoscebatur
quod non poterat viuere an per natiuitatez talis posthumi rū
patur testamentuz. ꝛ in hoc sic dicas quod aut posthumus na
tus cognoscebatur quod non poterat viuere ex eo quia natus
erat in sexto mense quo casu natus non potest viuere. l. in testa
menti. §. fina. ff. de suis et legi. et isto casu posthumus natus nō
rumpet testamentuz. aut vero cognoscebatur quod non pote
rat viuere ex alia causa. et tunc rumpet. ita dixit Paulus de ca
stro in. l. penulti. C. de posthu. here. et Rapha. in. d. l. quod di
citur. ꝛ hoc per casum dicte. l. septimo mense. Et ista erit singu
laris limitatio ad casuz in. l. posthumus. ꝛ que supra dixi quod
19 quando † testamentuz est ruptuz natiuitate posthumi dato qō
postmodū decedat posthumus non reconualescit testamentū
nam fallit nisi posthumus natus nō posset viuere ſm ea que su
pra dixi. Contrariaz tamen partez ꝛ quod indistincte testamē
tum rumpatur natiuitate posthumi siue talis posthumus pos
set viuere siue non. tenuit Ang. in. d. l. quod dicitur. ꝛ hanc etiā
opi. sequuti fuerunt quidam quos refert Paul. de castr. in. d. l.
pe. ꝛ pro hac opin. optime facit casus in. d. l. quod certatum. in
versicu. hoc tantummodo requirendo si viuus ad orbez totus
processit ꝛc. sic dicit lex quod ad hoc vt natiuitate posthumi

rumpatur testamentum ꝙ tantum hoc attendamus an viuus
processerit ad orbem. ergo sequitur quod ex quo iste posthu-
mus viuus ad orbem processit dato quod non possit viuere &
testamentum rumpere pro hoc etiam facit text. in. d. l. quod di
citur ibi cum spiritu tamen vbi ad hoc vt posthumus natus te
stamentum rumpat non attenditur aliud nisi cuz spiritu natus
fuerit: sed z ita fuit in casu nostro ergo. pro hoc etiam facit tex.
in. d. l. penul. z in. l. ij. C. de post. vbi ilico decessit vbi text. indi-
20 stin. dicit quod si †posthumus natus ilico decessit qō nihilo-
minus testamentum rūpitur nec distinguit an ideo decessit ilí-
co ex eo quia esset ortus cum tali qualitate quia non posset vi-
uere an ex causa superueniente. ergo indistincte intelligemus
quia ex quacunq causa mortuus fuerit ꝙ testamentum rumpe
tur. l. de precio de publici. l. preses cum vul. ff. de offi. pre. Et si
istam opin. substinere volumus possumus respon. ad casum in
d. l. septimo quia ille text. loquitur q̄tum ad cognoscendum ex
quibus nuptijs natus sit filius et an ex legitimis vel nō. nō' aūt
q̄tum ad rumpendum testamentum. z ita dicebat domi. Alex.
in. d. l. quod dicitur tamen ipse dicebat ibi quod non erat rece
dendum ab opi. Rapha. z Pau. de castr. pro qua dicebat ipse
facere casum in. l. vxoris aborsu. C. de postu. vbi indistincte di-
21 citur quod †natus abortiuus non rumpit testamentū dato qō
per prius fuerit animatus in vtero matris vt per Bald. in. d. l.
vxoris. ergo idez debemus dicere eadem ratione; in viuere nō
valente iste enim videtur esse vere abortiuus. z ita dicit forma-
liter Bald. in. d. l. vxoris. z istam opin. dicebat esse tenendaz qz
per eam fauemus validitati testamenti. l. si pars. ff. de inoffi. te-
stamen. cum vul. Tamen propter hoc non recederem ab opin.
Ang. et sequatium nec obstat quod iste equiparetur abortiuo
quia dico ꝙ istud est falsum nec est eadem ratio in vno que est
in reliquo nam non est mirum si abortiuus natus non rumpit
testamentum: quia ipse nunq̄ fuit homo. l. cum inter veteres p̄
allegata. z supra dixímus. z p Bald. in. d. l. vxoris qui ibi istud
in terminis dixit sed secus est in nato licet viuere nō valente qz
ipse tamen fuit homo dato quod statim sit morituros. Item si
ratio ista esset vera sequeretur quod idem deberemus dicere
de posthumo qui natus est z ilico decessit quod nō rumpat te
stamentum quasi ipse etiam equiparetur abortiuo ex eo quod
statim postq̄ natus fuit decessit: sed istud est falsum. ergo. item
attenta hac ratione sequeretur ꝙ idem dicendū esset si cogno-
sceretur quod posthumus natus esset periturus etiam ex alia
causa q̄ quod natus esset in sexto mense quia ex quo cognosce
batur ipsum morituros non habita ratione ex quacunq causa
istud procederet. debeamus dicere ipsuz equiparari abortiuo
et per consequens non rumpere testamentum: sed istud est fal-
sum ſm eos ergo ꝛc. Lapio glo. in ver. persone pro huius glo.
expe. arguo contra istum text. dicitur in text. nostro quod ipse
femine sine persone feminini sexus exheredabantur inter cete
ros quod erat necesse eis aliquid legari: sed certe istud videt
esse contra text. supra eod. §. sed non ita vbi sufficiebat quod ex
heredarentur inter ceteros nec dicit ibi tex. quod esset necesse
quod testator aliquid eis legaret ad idem etiam text. in. l. ma-
ximum vicium. C. de libe. prete. propter hoc est facta glos. que
dicit ꝙ tex. noster qui dicit ꝙ feminini sexus persone debet in-
telligi de femineis sexus personis posthumis: qz istis feminis
posthumis erat necesse legari quando exheredabantur inter
ceteros vt hic. tex. vero in. d. §. sed non ita loquitur quādo ex-
heredabantur femine iam nate inter ceteros: quoniaz illis nō
est necesse legari.

1 ☞ Suus heres dicitur qui obtinet primū tempore mortis
testatoris z in eius potestate est. z nu. 4.
2 Posthumus dicitur tribus modis.
3 Esse tale z haberi pro tali differunt.
5 Per preteritionem testamentum rumpitur non autem per ex-
heredationem.
6 Preteritio matris habetur pro exheredatione.
7 Nepos preteritus tunc rumpit testamētum quando subintra-
uit in locum sui heredis viuo auo: vt quia pater suus decessit
viuo auo.

Posthumorum. Nepos ex filio moriēte pa-
tre viuo auo incidit in locū
eius ideo vel instituī vel exheredari debet ne aliter preteritus
rumpat aui testiñ qui modus est introductus a lege velleia. Ad
euidentiaz premitte primo quis est suus heres. z dic quod ille
1 dicitur †suus heres qui obtinet primū gradum tempore mor
tis testatoris et in eius potestate est itaq̄ filius qui in potesta-
te patris est dicitur esse suus heres patris: quia obtinet primū
gradum iuxta patrem et in eius potestate est. Item etiam ne-
pos qui est in potestate aui moztuo patre suo dicitur suus he-
res auo: quia iam ipse obtinet primum gradum iuxta auum. et
in eius potestate est. Secundo premitte ꝙ tribus modis dici-
2 tur posthumus †vno modo dicitur posthumus ille qui est na-
tus post mortem testatoris: z ideo dicitur posthumus qz post
humationem seu sepulturā patris natus z iste dicit vere post-
humus. Scōo modo dicit quis posthumus ille qui nascit viuo
quidē testatore: sed post testiñ: z ideo isti appellant posthu-
mi quasi post testiñ nati z de exheredatione vel institutiōe isto
ruz posthumoz vidimus supra. §. p̄cedēti vbi vidimus ꝙ testa
tor in testō oz instituere vel exheredare posthumos sibi nasci-
turos idistincte. Tertio modo dicit posthumus nepos q̄ viuit
quidē tempore testamēti: sed tunc temporis nō obtinebat pri-
mum gradū iuxta testatorē qz pater suus ipsum p̄cedebat: sed
post testiñ cepit obtinere p̄mū gradū qz pater eius subductus
fuit de medio z subintrat in locū patris. z per talē subintratio-
nem efficitur proximior agnatus ipsi z auo z testiñ rumpit nisi
fuerit prius institutus vel exheredatus: ideo nunc ponit impe
rator de institutione vel exheredatione istoz̄ posthumorum.
Tertio etiā premitte ꝙ de iure antiquissimo nō erat permissuz
testatori instituere aliquem posthumū nisi nasciturum ex vxo-
re sua. ideo nasciturum ex vxore filij vel alterius extranei nō po
terat quis heredem instituere. §. posthumo infra de leg. nor. in
l. gallus. ff. de libe. z posthu. per Barto. et alios. Sed quia ex
hoc plerumq̄ inducebatur ruptela testamentorum: qz cum te-
stator non posset instituere posthumuz nasciturum ex vxore fi-
lij contingebat ꝙ nascebatur ipse posthumus mortuo patre z
rumpebat testamentum tanq̄ p̄teritus. vnde ppter hoc super
uenit gallus iurisconsultus. z dedit potestatē z formā instituē-
di posthumū nasciturū ex vxore filij hoc modo vez istituo filiū
meū heredē z si vivo me moriaī nepotē vel neptez ex eo nasci-
turū. j. ex. menses proximos a die mortis mee heredē instituo et
ista habeaī in. l. gallus. in prin. ff. de libe. z posthu. Not. primo
ex isto text. ibi posthumorum autem loco et cetera ꝙ nepotes
qui subintrant in locum patris habentur loco posthumorum.
3 et sic nō sunt veri posthumi. aliud est enim esse †tale et aliud ha
beri pro tali. l. mercis. de verbo. signi. aliud est enim esse ciuem
z aliud haberi pro ciue. l. si marit⁹ sit in magistratu. §. legis iu-
lie. z ibi Barto. ff. de adulte. Verus autem posthumus est ille
qui est natus post mortem patris vt dixi alij vero posthumi di
cuntur esse improprie posthumi vt p gl. in. l. gallus. z ibi Bart.
ff. de libe. z posthu. per moder. in rub. ff. e. quot autem sint spe-
cies posthumorum dic ꝙ septem quinq̄ species enumerat gl.
in rub. C. de postu. alias duas species. vide per moder. in rub.
4 ff. de libe. z posthu. Mo. secundo ſm Are. ꝙ † ille dicitur suus
heres qui obtinet primum gradum suitatis hoc est iura prima
successionis. et est in potestate testatoris ideo nepos qui est in
potestate aui non dicitur suus heres auo viuente patre suo: qz
ipse non obtinet primum successionis: sed tantum mortuo pa-
tre suo: vt hic. z dicetur in. §. sui. j. de here. qua. z differentia. et
in. §. j. j. de here. que ab intesta. Lapio glos. in versi. parentibus
5 pro huius intelligentia premitte quod per †preteritionē testa
mentum rumpitur per exheredationem vero testamentum nō
rumpitur: sed valet sed est opus quod querelet. et hoc verū
in masculis: sed in feminis indistincte propter preteritionez te
stamētum nō rumpitur: sed valet sed est opus quod preteritus
querelet illud et ratio est: qz preteritio femine habetur pro ex
heredatione. z sic tanq̄ exheredata debet querelare z nō tan-
q̄ preterita rumpit. pro illius primo expeditione arguo cōtra
istum text. hoc modo dicitur in text. nostro quod posthumorū
loco sunt hi qui in sui heredis locum succedendo fiunt parenti
bus sui heredes. z sic tam masculis q̄ feminis. z propter hoc
rumpunt testamenta ipsoz̄. Sed contra etiam ꝙ immo te-
stamentum ipsius auie non rumpatur per talem subintrationē
quam facit nepos in locum sui patris probatur per casum in. l.
gallus. §. nunc de leg. ibi nam z si ita verba ꝛc. vbi proprie dici
tur ꝙ consilium legis velleie per quam legem fuit inducta for
ma instituendi vel exheredandi istos nepotes ne postmodum
subintrando locum sui heredis haberent rumpere testamen.
de qua hic in text. nostro. z. d. §. nūc de lege non fuit necessariū
in testamentis ipsarum feminarum: quoniam per talem subin
trationem quam facit nepos in locum patris sui non rumpit
testamen. auie. Unde ppter hoc est facta glos. nostra que dicit
ꝙ illud quod dicitur in text. nostro ꝙ nepotes subintrando in
locum sui heredis efficiunt parentibus sui heredes. z propter
hoc rumpunt testamenta eoz̄ procedit in parentibus masculis
non autem in parentibus feminis: qz testamēta ipsarū femi
naruz nō rūpuntur per talē subintrationē: vt. ff. de lib. z post h.
d. §. nunc de leg. ibi. z si ita ꝛc. Sed bene dicit glos. ꝙ licet ne-
pos qui subintrauit locum sui heredis poterit testamentum

querelare

querelare.vt.C.de inoffi.testa.l.iij.z.j.eod.S.mater vbi dicitur q̄ ꝓpter p̄teritionē matris vel alterius femine testamentum non est nullum sed bene filio p̄terito vel nepoti datur,querela tanq̄ exheredatus fuerit qz † p̄teritio matris habeat p exheredatione[a] ita dicit glos.in p̄posito q̄ iste talis nepos qui subintrauit locū sui heredis non tanq̄ p̄teritus rumpet testamen.sed tanq̄ exheredatus querelabitur illud cum p̄teritio feminarum p̄o exheredatione habeatur. Capio aliam gl.sup verbo ne ergo viuo qm̄ glo.super verbo necesse est satis clara dicitur in tex.nostro q̄ si testator habeat filium z ex eo nepotē debet instituere vel exheredare ipsum nepotem ne si viuo auo moriatur filius nepos subintrando locum sui heredis rumpat testamentum aui dicit viuo auo secus si post mortem aui moriat filius:quoniam tunc nepos non rumperet testm̄:vt.ff.de iniust. et irrito testa.si quis filio.et etiā hoc dicit gl.differt iste nepos qui subintrauit locum sui heredis a vero posthumo:naz verus posthumus.z si nascatur post mortez testatoris rumpit testm̄ iste vero nepos qui subintrauit locum sui heredis non rumpit nisi subintret viuo testatore. Item dicit glos. q̄ iste nepos qui subintrauit in locum sui heredis differt a parentibus p̄teritis:vt.ff.de inoffi.testa.l.pater filius hoc modo inducendo dicitur hic q̄ tunc demum nepos subintrādo in locum sui heredis rumpit testamen.qm̄ pater eius fuit subductus de medio viuo auo z sic est necesse q̄ isti nepotes obtineant primum locum viuo auo testatore.d.l.pater filiuz in patre secus est qz satis est q̄ obtineat primum locum successionis etiam mortuo filio testatore.z sic aliud est in patre p̄terito.z aliud est in nepote p̄terito viuo filio qz isti tunc demum rumpunt si obtineant primuz locum viuo testatore:sed secus in patre:qz rumpit lz non obtineat primum locum viuo testatore.z ita inducunt moder. hic.

23 na sanguinis non admittatur procurator. d. §. ad crimen. c. tue de procura. tamẽ illud est verum vbi tractatur de pena sanguinis principaliter: sed si consequenter tractaretur de pena sanguinis imponenda: qꝛ tunc bene interuenire poterit. Et ideo dicebat ipse q̃ si titius fuit inquisitus de vulnere pro quo veniebat imponenda pena pecuniaria. ꝛ sic per procuratorẽ comparuit q̃ dato quod postmoduz ex tali vulnere sequatur mors et sic iudex inquirens possit condemnare dictum inquisituz ad mortem ex eodem processu prout voluit Bart. ꝛ scrib. in. l. dãni. §. sabini de dam. infec. quod nihilominus dictus titius poterit semper per procuratorem comparere: quia principaliter non agebatur ad penam sanguinis: sed ad pecuniariam ꝓ vulnere: licet postmodum consequenter veniat imponenda pena sanguinis pro hoc etiã facit quod not. omnes in. d. l. si quis nec causam vbi dixerunt q̃ si statuto cauetur qõ nullus possit ꝓponere in cõtrario q̃ alias bãnitus rebãniat sub pena capitis qõ intelligitur statutũ istud de ꝓponente principaliter fauore ipsius rebellis. Secus autem si cõsequẽter: ꝛ iõ dicebãt ipsi q̃ si aliquis ꝓposuerit bannitum esse rebanniendum: qꝛ erat vtilis reipublice puta propter peritiam sue artis iuxta casum in. l.

ad statuas.

ad statuas. ff. de penis quod ipse proponens non incidet in penam capitis: quia non proposuit principaliter fauore banniti sed fauore ipsius reipublice dato quod consequenter istud tendat in fauorem reipublice. Mo. scõo ex hac gl. q cassato † principali cassatur quicquid sequit ex eo facit tex. in. d. l. nõ dubium C. de leg. Jstam tñ regulam intellige qñ eadẽ est ratio cassandi ipsum principale sicut id q ex eo sequit. Secus aũt si non esset eadẽ rõ cassandi id q ex eo sequit sicut t ipm principale: q tũc cassato principali nõ cassaret id quod ex eo sequit ita ꝓbat casus not. in. l. si is. C de predijs mi. vbi licet obligatio pignoris pendeat t soluta principali obligatiõe intelligat soluta pignoraticia a principali obligatione nec sine ea stare nõ possit tamẽ illud est verũ nisi alia esset ratio cassandi ipsam principalem obligationem t alia in cassando ipsam pignoraticiã vt ibi t ita dicit Bar. in. d. l. nõ dubiũ. Secundo istud limita nisi ipsum principale esset sublatũ seu cassatum rõne tẽporis: q tunc durat id qõ ex eo sequit ita ꝓbat casus in. l. ij. t ibi glo. C. de luic. pig. nam licet sublata ipsa principali obligatione intelligetur sublata ypothecaria tanq̃ ab ea pendens tñ illud est verum nisi ipsa principalis esset sublata tempore quoniã tunc durat ypoch.

8 vbi tex. t glo. Jtem adde aliã regulam[a] q quemadmodum viciato principali viciatur id quod sequitur ex eo vt hic per glo. ita viciato expresso viciatur t tacitum. l. item sic. §. fi. t ibi glos. ff. de ser. rust. predi. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virũ t vxo. t. ff. de bo. aut. ind. pos. cũ vul. tñ intellige verum nisi tacitum esset eque principale cum expresso: q dato q viciaret expressum nõ viciaretur tacitũ eque ac principale. l. si fideiussor t ibi not. ff. de leg. j. per Bar. in. l. ij. ff. de vul. t pup.

1 ☞ Nostra res dicitur in qua solũ habemus vsufructum.

2 Seruus in quo quis habet vsufructum an dicatur alienus. t numero 3.

3 Domini appellatione an veniat vsufructuarius.

4 Vsufructuarius an possit dare libertatem seruo in quo habet vsufructum.

5 Vsufructuarius nõ dicitur dominus quo ad hoc vt possit libertate dare seruo in quo habet vsufructum. nec quo ad vendendũ rem ipsam.

6 Vsufructus an sit pars integralis dominij vel subiectiua siue predicatiua.

Alienus seruus. In quo quis habet vsũ fructũ dr alienus. t ideo cũ heres datur ab vsufructuario nõ cõsequit libertatẽ. h. d. cũ gl. fm Aret.

1 Not. ex isto tex. fm mo. hic quod nõ dicitur illa res † nostra in qua solum habemus vsumfructum t ꝓpter hoc sing. dixit Jo. an. in. c. fi. de sententia excommu. in. vj. q interdicta alicui terra non intelligitur interdicta terra in qua solus habet vsumfructũ quia illa terra nõ dicit esse sua ex quo solũ in ea hz vsumfructũ.

2 Capio glo. primã in ver. alienus dr in tex. nostro q ille † seruus in quo quis habet vsumfructum dicitur esse alienus ex hoc dicit glo. sequitur quod vsufructuarius non poterit seruum istuz in quo habet vsumfructum instituere heredem cuz libertate al legat. ff. eo. l. si alienum in prin. vbi dicit text. formaliter quod seruum alienum quis cũ libertate non põt instituere heredem. sed iste seruus in quo quis hz vsumfructũ dicitur alienus t nõ proprius ipsius vsufructuarij. ergo ꝛc. ¶ Postmodũ glo. adducit contra istum tex. casuz in. l. in vẽditione. ff. de bo. aut. iud. pos

3 sidendis vbi dicit casus quod appellatione † domini venit vsufructuarius: ergo male loquitur tex. iste dicendo quod ille dicitur seruus alienus in quo testator habet vsumfructũ immo deberet dici suus proprius: quia ex quo in eum habet vsumfructũ dicitur dominus eius so. glo. q vsufructuarius nõ est loco dñi quo ad hoc vt possit seruo in quo hz vsumfructum ei dare libertatem t ita procedit casus. Sz quo ad alia reputat vsufructuarius dñs t ita procedit casus in. d. l. in venditione. t ideo si venirent bona alicuius vendenda t ille haberet vsumfructum in bonis alterius ille vsufructus veniet vendendus tanq̃ vsufructuarius censet illius vsufructus dñs t ita proprie loquit casus in. d. l. in venditione. ¶ Glo. postmodũ querit de vna questio

4 ne. nam nos habemus q licet † vsufructuarius non possit dare libertatem seruo in quo hz vsumfructũ tñ ei si dederit libertatem iste seruus reputat vt liber quo ad duraturus erat vsufructus nec isto tẽpore proprietarius põt ei aliquid onus imponere: sed omnino reputatur ac si liber esset iste est casus in. l. j. §. finautem fructuarius. C. communia de manu. Jn si iste testator qui habebat vsumfructum in seruo t eum instituit heredez quo casu certum est quod ista institutio sibi non proficit quo ad hoc vt liber fiat: quia ad hoc vt seruus heres institutus ex ipsa institutione consequatur libertatem est necesse q a dño proprio fuerit heres institutus vt supra eodem in prin. sed iste seruus non est proprius vsufructuarij merito ab ipso heres institutus nõ erit liber. Querit modo glo. an minus reputabit liber quo ad duraturus erat vsufructus in persona testatoris t dicit glo. q nõ. nam dicit glo. si valeret dicta institutio videlicet vt iste seruus esset liber t heres certe deberemus dicere q tũc fuerit liber t heres a morte testatoris argu. j. de here. qua. t diff. in princi. vbi seruus heres institutus vt sit liber t heres protinus fit liber t heres a morte testatoris. Sed tẽpore mortis testatoris finiendus erat vsufructus. §. finitur supra de vsufructu. ideo merito non poterit reputari liber: quia si eo tẽpore debet reputari liber quo duraturus erat vsufructus t isto tempore quo debet reputari quod est a morte testatoris iam est finitus vsufructus merito nõ poterit aliquo tempore liber reputari itaq̃ dicit gl. quod iste seruus heres institutus remanebit seruus t domino suo hoc est proprietario acquiret hanc hereditatem. Subiungit tñ glo. q si vsufructus fuisset repetitus in persona primi heredis vtputa: q concessus fuisset alicui vsufru. alicuius serui pro se t herede suo qõ isto casu si ille cui concessus erat vsufructus instituerit seruum in quo habebat vsumfructum heredem cum libertate quod ille seruus tunc erit quasi liber toto illo tempore quo duraturus fuisset vsufructus in persona primi heredis argu. tex. in. d. l. j. C. eo. de ma. Et ratio est. nam ideo qñ vsufructus non est repetitus in persona heredis non est mirum si seruus cum libertate institutus nullo tẽpore potest reputari liber: quia eatenus seruus ab vsufructuario manumissus debet reputari liber quatenus duraret vsufructus in persona vsufructuarij manumittentis: sed eo tempore quo deberet reputari liber quod est a morte testatoris vt supra diximus iam finitus est vsufructus vt supra de vsufructu. §. finitur merito nullo tempore põt liber reputari. Sed secus est quando vsufructus fuit repetitus in psona primi heredis. q tunc eo tempore quo dz reputari liber q est mortuo testatore adhuc nõ est finitus vsufructus: sed etiaz habet durare in persona primi heredis. ideo merito ipse reputabitur liber vsq̃ ad illud tempus vsq̃ quo duraret vsufructus in persona primi heredis t ita residet glo. ¶ Mo. ex hac glo. ibi sed certe quo ad alia

5 ꝛc. q † vsufructuarius non dicitur dominus quo ad hoc vt possit dare libertatem seruo. Sed bene quo ad alia dicitur dominus. t ideo si deberet fieri executio in rebus debitoris ita fiet executio in ipso vsufructu sicut in alijs rebus creditoris vt est casus in. d. l. in venditione vide Alexan. consi. cxxix. in. ij. vol. t in consi. lxxxix. in. v. vol. Jtem vsufructuarius non dicitur dominus quo ad vendendum rem ipsam immo dicẽdo se vsufructuarium dicit se non dominum supra de vsufru. in prin. t ideo dicebat Ang. in. l. qui vsumfructum. ff. de ver. ob. quod si actor producit duo instrumenta eodem die confecta per quorum vnum dicit se dominum t per aliud dicit se vsufructuarium q succumbet in vtraq̃ causa tanq̃ producens cõtrarias scripturas. Jn

6 autem † vsusfructus sit pars dominij integralis vel subiectiua seu predicatiua dic vt hic per Aret. t per glo. t Bar. in. l. recte dicimus. ff. de ver. signifi. t in. l. qui vsumfructũ. ff. de verborum obligatione.

1 ☞ Seruus ad hoc vt sit necessarius heres dño requirit qõ consequatur libertatem t hereditatem.

2 Accusans de vulnere cõmisso de nocte si postmodum probat de vulnere: sed non de nocte an debebit accusatus de tali delicto puniri.

3 Revocari potest pia dispositio vsq̃ ad mortem.

4 Seruus si pure instituitur heres t ei libertas sub conditione relinquitur an statim mortuo testatore erit liber t heres.

5 Libertas directa que dicat t que fideicommissaria.

6 Legatum si fiat seruo t postmodum fuerit alienatus an extinguetur legatum.

7 Dñs si proprium seruum instituit t postea ipsum alienauit: an videatur dñs destitisse a datione libertatis.

Seruus autem. Seruus a dño institutus fit liber t heres necessarius nisi in vita testatoris fuerit manumissus aut ab eo alienatus. h. d. fm Are. vsq̃ ad. §. alienus. ¶ Mo. ex isto tex. ibi cũ vtrũq̃ q vbi cũq̃ duo ad actũ copulatiue requirunt nõ sufficit alteruz inter

1 uenire ita ꝓbat casus iste hic. ¶ Nam cum † ad hoc vt seruus sit necessarius heres dño duo requirantur vz quod cõsequat libertatem t hereditatem ex testamento domini vt hic t infra de here. qua. t diff. in princip. non sufficit si seruus fuit factus liber in vita a domino dato quod postmoduz fiat heres a dño nõ propter hoc fiet heres necessarius dño: q vtrumq̃ nõ fuit consequutus ex testamẽto domini. s. libertatez t hereditatem sed hereditatem tantum facit tex. in. l. j. §. preterea ibi vtrumq̃ cõcurrere debet. ff. de tut. t ra. distra. l. si heredis plures. ff. de

a ☞ Regulam. Vide dñi. de sanc. Bemi. post Jo. mona. in. c. fi. extra de appel. lib. vj. in glos. in ver. decẽniũ. vbi dicit qõ inordinatis ad idẽ procedit illa regula extincto cõcessio suspenso vel illato principali. ante cedentia cõsequentia t comitantia ad illud videtur concessa extincta suspensa vel illata arg. de offi. delleg. c. preterea t. c. prudentia z t. c. suspitionis. de do. post dinoz. resti. de prudẽtia. t. ff. de iurisdi. om. iudi. l. ij. ff. quemadmodum testa. ape. lege secũda §. si dubitet. ff. de institu. act. l. quicũq̃ §. pe. t. ff. de libe. et posthu. l. gallus. §. j. l. ad rem mobilem t. l. ad legatũ. ff. de procura. cũ simili. t vide do. Petrũ de ancha. in. d. c. fi.

2 condi. insti. q facit ad. q. eius qui accusauit aliquam de † vulne
re de nocte commisso z postmodū probauit de vulnere: sed nō
de nocte an debebat accusatus ex dicto libello puniri de quo p
Bar. in. q. incip. iure municipali cauetur. Mot. secundo ex isto
tex. ibi destitisse a libertatis datione q dominus qui libertatē
z hereditatez seruo reliquit pōt desistere a datione libertatis
3 z ipsam reuocare vt hic. z ideo inferebat Are. q etiam † dispo
sitio pia pōt vsq ad mortē reuocari pro quo adducas licet ipe
nō alleget casum in. l. fi. C. de eo. seruo. ma. ibi ad hanc rōnē pie
tatis facit tex. in. l. in testamento ibi pios tamē filios. ff. de fidei
com. lib. facit tex. in. l. pen. C. de ne. ser. here. insti. que iura vidē
tur probare q libertas est pia res. Si ergo ipsa libertas pōt
per testatorē reuocari. ergo pia dispositio hinc est q dicimus
quod validum est argumentum de pia causa ad libertatē. l. pro
time vbi per Bar. de his que in te. delen. per Bar. z alios in
l. si vnus. C. de testa. Capio glo. in ver. lib. z ista glo. limitat tex.
nostrū tribus modis dicitur enim in tex. nostro q si seruus fue
rit a dño heres institutus q si dictus seruus remanserit in ea
dem causa q sit liber z heres necessarius dño. gl. istud limitat
nisi lex impediat libertatem dari isti seruo qm tunc dato q in
stituatur heres a dño nō fiet liber z heres allegat casum in. l. si
non lex eliesentia. ff. eo. z pōt dari exemplū in casu supra eo. §.
est autem vz qm domina accusata de adulterio cōmisso cum ser
no proprio z ipsa illū heredem instituit. nam iste seruus nō erit
nec liber nec heres: q lex impedit ei libertatem dari. vt supra
eodem. §. est aūt. Item secundo limitat glo. tex istum nisi condi
tio retardaret libertatem. nā isto casu seruus a dño institutus
non erit statim liber z heres. sed tantū adueniente conditione
4 allegat casum in. l. quoties. §. fina. ff. eo. vbi dicit casus q † si te
stator seruum suum pure heredē instituit z ei dedit libertatem
sub conditione quod statim mortuo testatore non erit liber z
heres. sed tantum adueniente conditione libertatis: q tūc erit
liber z heres: z sic dicit gl. quod tunc seruus a domino heres
institutus fit liber z heres necessarius nisi conditio libertatis
retardet: quia tunc adueniente conditione libertatis erit liber
z heres. Tertio limitat glo. nisi a domino heres institutus per
uenisset ad libertatem ex dispositione legis: quia tunc non fiet
necessarius heres domino allegat casum in. l. testamēto. ff. eo.
vbi dicit casus quod si testator instituit seruum suum heredem
cū libertate sub conditione: z anteq veneri conditio sub qua
fuerit heres institutus cuz libertate z ipse reuelauit occisores
dñi propter q lex vult q ipse ad libertatem perueniat vt p to.
titu. C. quibus ex ca. ser. pro premio liber accip. q, dato q post
modum eueniat cōditio sub qua ipse fuit heres institutus z li
ber quod non erit heres necessarius: quia vtrūq. s. libertatem
z hereditatē a testamēto dñi nō accepit: sed ipsam libertatem
prius acceperat per legis dispositionem: z sic dicit glo. quod
tūc seruus institutus a dño fit liber z heres necessarius nisi ex
dispositione legis ad libertatem peruenisset: q tunc dato q a
dño fuerit heres institutus cum libertate tamen non erit neces
sarius heres dominovt ibi habetur. Itē dicit gl. q iste seruus
a dño heres institutus fit liber a semetipso. hoc est quod ipse
erit heres necessarius z liber alio non expectato: sed a semet
ipso istud tamen dicit glo. esse verū nisi testator instituisset vnū
pro parte heredē demum dixisset sic cum quis mihi heres erit
stichus seruus meus liber z heres esto. nam tunc seruus iste ac
cipiet libertatem z hereditatem a coherede suo z non a semet
ipso: q tunc cum coheres erit heres ipse statim erit liber z he
res non ante: quia libertas z institutio serui videtur esse colla
ta in casu quo coheres adierit hereditatez: ergo tunc erit he
res quando coheres adierit hereditatem z nō ante allegat.
l. ex parte. ff. de acqui. here. vbi hoc dicitur. Itē dicit glo. quod
iste seruus heres a dño institutus fiet a morte testatoris etiam
ignorans liber z heres vt est casus. ff. si cer. pe. l. cuius z ita re
sidet tota glo. Aduerte ad glo. inquantuz allegat tex. in. d. l. qui
testamento. nā ille tex. est mirabilis limitans singulariter tex.
nostrum cum multis similibus vz quod ad hoc vt seruus heres
institutus a domino sit necessarius heres dño non sufficit tan
tum quod ipse fuerit seruus testatoris tempore mortis testato
ris: sed etiam est necesse quod sit testatoris tempore additionis
hereditatis. z ideo si añ additiōem hereditatis post mortē testa
toris. l. dispositione: vel alio modo esset factus liber tunc post
modum non ficret heres necessarius ipsi domino vt est casus
in. d. l. testamento secundum Barto. ibi z alios z ita dicit Are.
hic. Capio glo. in ver. neq liber anteq intres glo. debes pre
5 mittere que dicaī directa libertas z que fideicō. directaz † li
bertas est illa que recta via conceditur alicui sine ministerio ali
cuius vt quando testator dicit seruo esto liber vel tibi liberta
tem relinquo. fideicom. vero libertas est illa que cōceditur per
manum alterius vt quando testator dicit grano te vt des liber
tatem tali seruo. modo est sciendum aliud quod directa liber
tas que datur sine ministerio alicuius nō potest dari seruo alie
no. fideicom. vero sic ista habenī in. l. si seruus legatus. §. si alie
nus. ff. de leg. j. Item scias quod testator instituendo aliquam
seruum heredem videtur sibi dare libertatem directam: quia il
la sibi competit sine alicuius ministerio. venio modo ad glo. di
citur in tex. nostro quod si dominus seruum proprium heredē
instituerit z postmodum ipsum alienauerit qō ipse seruus am
plius non erit liber nec etiam heres supple necessarius. modo
dicit glo. quod ideo quando dominus alienauit seruum institu
tum amplius non remanet liber quia per alienationem seruus
efficitur alterius domini: sed seruo alterius non potest dari di
recta libertas z licet glos. nihil alleget tu allega casum in. l. si
seruus legatus. §. si alienus. ff. de leg. j. ideo merito directa li
bertas que sibi ex institutione competebat viciatur: sed dicit
glo. secus est institutione: q iam ipsa per talem alienationē nō
viciat illa bene pōt habere effectū in seruo alieno vt hic. Post
modum glo. dicit q licet quando seruus fuit institutus heres
z postmodum alienatus quod remaneat firma institutio nec il
la intelligatur adempta vt hic. Dicit tamen glos. q secus est in
6 legatis. nam si seruo † fuit factum legatum z postmodum fue
rit alienatus quod intelligitur ademptuz legatū. vt est casus in
l. seruorum libertate. ff. de adimē. leg. Et ratio differentie est di
cit glo. inter legatum z hereditatē: q in legato spectatur dies
quo cedit nō aūt an sit manumissus vt. ff. qñ dies leg. ce. l. si post
§. fi. alia etiam ratio diuersitatis redditur hic per mo. tu consi
dera quid vult dicere glo. ipsam non intelligo. Aduerte tñ ad
istam glo. fm Are. hic z mo. q glo. ista non dicit verum: q im
mo si legatum fuit factum seruo z postmoduz fuit alienatus nō
extinguetur legatū vt est casus in. l. sed si in diē. §. fi. z. l. iul. ma.
ff. de cond. z demon. z ita dicit Bar. in. d. l. seruo non ob. d. l. ser
no: quia ibi ideo non reuocatur legatum ex eo quia fuit aliena
tus sed quia in ipsa alienatione expresse fuit reuocata libertas
que expressio facit vt legatum intelligatur esse ademptuz vt ibi
7 habeī. Capio glo. in ver. alienauit dicit in tex. nostro q si † do
minus seruum proprium heredem instituit z ipsum postea alie
nauit quod videtur dominus destitisse a datione libertatis di
cit glo. quod istud est verum quando alienauit alicui habenti
testamenti factionem. s. passiuam. nam isto casu tantum videtur
destitisse a datione libertatis. sed si alienasset alicui non haben
ti testamenti factionez passiuaz. tunc isto casu esset secus: quia
ne dum videtur destitisse a datione libertatis: sed etiaz ab ipa
institutione vt est casus in. l. seruum meum in fi. primi respo. ff.
eo. Item dicit glo. quod licet dominus alienando seruū quā in
stituit videatur destitere a datione libertatis dicit tamen glo.
q̄ si postmodum ipsum redemerit quod reuiuiscit libertas vt
ff. de ma. te. l. verum z. ff. eo. quoties. §. fi. z. l. si non lex. z. l. ante
penultima.

1 ☞ Seruus alienus heres institutus si iussu dñi adit heredi
tatem acquirit eam domino.
2 Qualitas certa vbi est alicui rei vel cause non fixa an quēcūq
trāsit res trāsit cum dicta qualitate.
3 Seruus alienus si fuerit heres institutus si postmodū seruus
iste fuerit alienatus trāsibit in nouū dñm cum ipsa institutione.
4 Seruus alienus heres institui potest sub conditione cuz liber
erit: secus si esset seruus proprius.
5 Seruus quando adit hereditatem iussu dñi necesse est q ius
sus precedat.
6 Jussus sive mādatū si ex forma statuti sup aliquo actu seu nego
cio iteruenire dz. talis iussus sive mandatum debet p̄cedere ip
sum actum.
7 Consensus vel voluntas vbi ex legis dispositione requirit suf
ficit q interueniat ante sive post etiam ex interuallo.
8 Presentia propinquorum vbi ex statuto requiritur in cōtractu
minoris sufficit q sint presentes licet nolint consentire nec suffi
ciet si mittant procuratorem.
9 Consiliū aliquorū vbi ex forma statuti requirit tale cōsiliū dz
interuenire ante actum: q post actum nihil operaretur.
10 In iudicio stare non pōt filius sine consensu patris: sed si fuit
in iudicio z pater ratificet an valebit iudicium.
11 Hereditas in qua institutus fuit seruus queritur ipsi dño quan
do ipse seruus adimit istaz hereditatē iussu dñi: z necesse est q
ipse seruus adeat. z non dominus.
12 Adire hereditatem in qua seruus fuit institutus non potest do
minus.
13 Adire hereditatem in qua filius fuit institutus potest pater in
re suo si filius recusat adire. z quid in monacho.
14 Monachus vendi nō potest p monasterium: sed ab ipso alide
bet licet

bet sicut filius a patre.

15 Adire nolle hereditatez pōt seruus etiā dño iubente. z si adit coacte an valeat talis aditio.

16 Legatum si fuerit datum seruo z postmodum seruus iste mōz tuo testatoze fuerit alienatus ante aditam hereditatem legatum illud queretur domino tempoze mortis testatozis z nō domino nouo.

1 Alienus quoqz seruus. Seruus †alienus heres institutus querit domino suo hereditatē si iussu suo hereditatem adibit. Si vero fuerit alteri alienatus debet iussu noui dñi adire. Si vero anteq̄ adeat fuerit manumissus pōt suo arbitrio

2 adire. ¶ Nota text. †istum ad extensionem regule que est qō vbicūq̄ certa qualitas est infixa alicui reivel cause ad quēcūq̄ transit res trāsit cū dicta qualitate sibi infixa, pbat op. casus z ibi Abbas in.c.ceterum extra de iud.c. verū de foro comp.l.in omnibus.ff.de regu.iur.nam idem dicit procedere in persona nam vbicūq̄ certa qualitas est infixa persone ad quem transit persona transit cum sua qualitate sibi infixa ita, pbat casus iste

3 hic qui vult quod si seruus †alienus fuerit heres institutus si postmodum seruus iste fuerit alienatus transibit cum sua qualitate in nouum dominum hoc est cum ipsa institutione vt hic z supra.§.precedenti nec tibi istud videatur mirum. nam validuz est argumentum de re ad personam iux. nota.in.l.vinum si cer. pe. vnde quemadmodum res transit cum sua qualitate ita z ipsa persona. condescendo simpliciter ad glos. quia ea qua venirent dicenda super tex. melius in glos. recitabantur dicitur in text.nostro quod seruus alienus potest heres institui dicit gl.

4 quod etiam iste †seruus alienus poterit heres institui sub ista conditione cum liber erit. secus autem est si esset seruus proprius quoniam ipse sub ista conditione heres institui non potest z si institutus fuerit viciabitur institutio vt est casus in.l. seruus alienus cum.l.se. que incip. quia ratio.ff.de condi. insti. Et ratio est: quia cum in potestate domini instituentis seruum esset dare ei libertatem pure vel sub conditione: z sic facere qō institutio valeret debet sibi imputare si commisit se fortune instituendo cum liber erit z ita habetur in.d.l. quia ratio. Capio glo. in ver. iussu dicitur in test. nostro quod si seruus institutus in eadem causa duraverit iussu domini adire hereditatem debet dicit glos. iussu precedente aditionem. quia iussus iste domini debet precedere ipsam aditionem vt.ff.de acquiren. heredi. l.si quis mihi bona.§.iussum. Et isto casu dicit glos. quando seruus adiuit hereditatem iussu domini domino queritur hereditas. alias autez dicit glo. si seruus nollet adire quod po

5 test nolle adire etiam domino iubente z exoriante vt est casus in.l. cum proponas. C. de here. insti. tunc isto casu domino non querit. d. l. cum proponas z ita residet glos. Habes not. primo ex ista glo. quod quando †seruus adit hereditatem iussu domini quod est necesse vt iussus precedat vt hic per glos. Idem etiam dicas in filiofami. nam quando filiusfamilias adit hereditatem iussu patris iussus paternus debet precedere aditionem adeo quod non sufficeret ratihabitio patris vel domini vt est casus in. d. l. si quis mihi bona. §. iussum. Quod facit fm

6 Are. ad questio. †statuti dicentis quod in aliquo actu seu negocio debeat intervenire iussus seu mandatum alicuius quod talis iussus seu mandatum debebit precedere ipsum actum vt hic per glo. z. d. §. iussum. l. si vero non remunerandi. §. si post. ff. man. si vero lex requiret auctoritatē intervenire in aliquo actu tunc sufficit quod ipsa intervenial in ipso actu vel statim post dictum. §. iussum. l. obligari. §. tutor. ff. de auctoritate tutorum

7 etiam. d. authē. tuto. §. primo. Si vero lex disponeret † quod intervenial consensus vel voluntas alicuius tunc sufficit quod iste consensus seu voluntas intervenial ante sive post etiam ex intervallo iux. tex. in. l. fi. C. ad mac. z ita dixit Barto. in. d. §. iussum de hoc etiam dicas vt per Innocen. in. c. j. z ibi Joan. and. de reb. ec. non alie. in. vj. per Dy. i. c. ratum z in. c. ratihabitio de regulis iuris in. vj. Istud tamen limita nisi lex requireret cō sensum superioris: quia tunc consensus iste capitur pro auctoritate ita dixit Ynto. de but. in. c. cum in nouo de his q̄ fi. a prela. fi. conf. cap. z Archi. i. c. quidam. xviij. q̄stio. secunda z Bal. in. l. fina. §. necessitatem in quinta colūna. in fi. C. de bon. que lib. z ideo talis consensus debebit intervenire in ipso actu vel statim post vt auctoritas vt ibi per eum. Quod tamen limitavt per Alex. in consi. cvj. in secundo volu. vbi ponit casum in quo licet requiratur consensus superioris tamē non accipitur pro auctoritate. Secundo limita nisi statutuz diceret quod mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquoꝝ quoniam tunc consensus iste non poterit intervenire post factū ex intervallo ita dixit Bal. in. l. prima in vltima carta z Barto. in consi. incip. factuz tale est quod cecolus petri z mod. in. d. c. cū parati post abba. de hac materia vide late que dixi in. l. secunda. §. voluntatem. ff. solut. mat. Si vero statutum requireret factum alicuius vt quia statuto caveiur quod minor nō possit cō trahere sine consensu propinquorum isto casu sufficit sola scientia ipsorum propinquorum dato quod ipsi cōtradicant: ita no. dixit Ange. in auf. de non alie. §. emphiteosis el. ij. per illuz tex. in ver. conscientiam z scientia vbi tanq̄ diversa ponuntur z ita pertransiuit. d. Alexā. in. l. secunda. §. voluntate. ff. soluto matrimonio ita dixit Ang. in auf. quomō op. epi. §. non aliter. Istud tamen singulariter limita nisi lex requireret scientiam alicuius in dignitate positi vtputa episcopi vel similis persone: quia tūc nedum est necesse quod sciat: sed etiam consentiat z fm fuit no. dictum archidia. in. c. quidam. xvj. questione secunda z de isto dicto fecit festum Bald. in. l. fina. §. necessitatem in septima colū. C. de bo. que. lib. z satis etiam fuit de mente Bald. in rubrica. C. de exercito. in quinta col. idē etiā tenet Ange. z Ro. in. d.

8 §. iussum z Alexan. vbi supra. Si vero statutū requireret †presentiam alicuius puta propinquorum in contractu minoris dic quod sufficiet quod ipsi sint presentes dato quod nolint consentire ita dixit Bald. in. l. nam ita divus. ff. de adop. z Angel. in d. §. emphi. facit quod dixit Ang. in lege prima. §. quod dicitur ff. si cui plusq̄ per leg. fal. facit tex. in. l. coram titio. ff. de verb. significi. erit tamē necesse quod ipsi sint presentes vere adeo quod non sufficeret si mitterent procuratorem loco eorum ita dixit d. Abb. z ibi mo. in. c. cum parati de appel. argumento glos. in cle. dudum in ver. presentari in princi. de sepul. z plus etiam voluit Bald. in lege prima in vlti. ver. quod si dicti propinqui nō possent interesse quod nihilominus non poterunt constituere procuratorem loco eorum vt ibi per eum. Si vero lex requireret licentiam dic quod debet precedere actum ita dixit Bald. in lege prima in an. penul. col. in fi. ver. idem etiam si fieret mentio de licentia. C. qui admi. z per Innocē. in. c. consuetu. de consue. z dic quod erit necesse quod ista licentia interponatur expresse nec sufficeret tacite ita tenet Archid. z post eum Joan. an. in. c. si abbatem in princ. de ele. in. vj. in nouc. z Joan. and. in regula qui tacet de reg. iur. in sexto in mercu. in tertia questio. z lap. alleg. lxxxvj. z Bal. in. l. observare. § proficisci de off. pro

9 cu. z. d. Alex. in. d. §. voluntate. Si vero statutū requireret † cōsilium vt quia statuto caveiur quod mulier non possit contrahere sine consilio propinquorum dic quod tale consiliuz debet intervenire ante actum: post actum vero nihil operaret̄ ita dixit Bal. in. d. l. j. C. qui admit. in antepenul. colū. ver. item si statutum requireret consilium argumento. c. cum olim de arb. et de elec. c. cum in veteri. c. vno ne sede vac. in. vj. Si vero lex requireret decretū interponi dic quod sufficit quod intervenial ante actum vel post ita dixit Bald. in. d. l. j. in penul. col. ver. sed dubitatur vtrum istud decretum &c. z ibi Roma. argu. l. tertia §. penultimo. ff. de lib. z post. c. ij. requiris de appel. z. l. penul. C. de insti. z sub. non tamen aperit Bald. an potest intervenire post actum ex longo intervallo z ibi Roma. clarius ponit dic vt ibi per eum z in consi. l. incip. idem in prefata z ibi quod secus est in confirmatione que potest intervenire post ex longo intervallo z de hac materia dic vt late per. d. meum. in. d. lege prima. C. qui admit. z per moder. in. d. c. comparati per. d. Alexan. in. d. §. voluntate per Barto. Angel. z Imo. in. l. finautem plures. ff. de acqua plu. arc. per Bald. in. c. secundo de feu. sine

10 culpa non amit. Et iste deseruiunt ad questionem q̄ †si filius fuit in iudicio sine consensu patris postea pater ratificet an valeat iudicium de quo dic vt per Barto. z alios in. d. lege fina. §. necessitatem z in. d. §. iussum vbi tenet communiter quod nō

11 valet. Secundo no. ex hac glo. q̄ tunc †domino acquiritur hereditas in qua institutus fuit seruus eius quando ipse seruus adiuit istam hereditatem iussu domini etiam sit necesse quod

12 ipse seruus adeat hereditatem non autē dominus posset † adire hereditatem in qua seruus fuit institutus. d. §. iussum cū vul. Idem etiam dicas in filiofami. instituto iure isto. nam si filiusfamilias erat institutus heres pater non poterat adire hereditatem: sed erat necesse quod ipse filius adiret. d. l. si quis mihi bona. z. l. qui in aliena. ff. de acquiren. heredi. z not. in. l. j. C. qui

13 admit. Hodie tamen istud est immutatum † quia si filius recusat adire hereditatē in qua fuit heres institutus potest ipse pater iure suo adire z totaz sibi acquiret etiā quo ad proprietatē l. fi. §. j. C. de bo. que liber. z no. p omnes in. l. j. C. q̄ admit. Hodo nunc dubitare coniungit quid in monacho an si monachus fuit heres institutus z ipse recusat adire hereditatem an monasterium poterit adire hereditatem iure suo sicut diximus in filio z Barto. quidem in. l. cum proponas. C. eodem z clarius in. l. prima ver. sed quero q̄d si est institutus monachus z nolit

adire. ff. de vul. ꝛ pup. dicit quod monasterium adire poterit. ꝛ dubitatio videtur in hoc cōsistere vez an isto casu debeat equi parari monachus seruo an vero filiofa. ꝛ siquidē dicimus ipm equiparari seruo. tunc dicendū est ꝙ non poterit monasteriuz adire ipso recusante sicut nec dñs seruo recusante vt supra dictum fuit si vero dicimus ipsum eq̄parari filio. ꝛ tunc debemus dicere quod poterit sicut dicimus ꝙ pater hodie pōt adire recusante filio ꝛ Are. dicit qō isto casu debet magis monachus
14 equiparari filio q̄ seruo pater: qz † monachus nō pōt vendi ꝓ monasterium sicut nec ipse filius per patrem secus si equipare tur seruo. Item monasterium cogitur alere monachū sicut pater filium non aūt sic in seruo: qz dñs potest eum habere pro derelicto. cū ergo ius ꝙ habet monasterium in monacho magis equiparetur iuri qō habet pater in filium q̄ dñs in seruum sequitur ꝙ sicut pater filio recusante pōt adire hereditatē in qua filius fuit institutus ita poterit monasterium recusante monacho adire hereditatez in qua monachus fuit heres institutus. Ista tamē questio alitiozē requirit indaginem nolo intrare satis sit ꝙ hec est communis sententia. Quid autez si monachus esset mortuus an monasteriuz ipso mortuo possit adire ista etiā est ardua questio ꝛ istam. q. late disputauit Bal. in l. j. ver. quo ad decimum ꝛ vltimū cap. de monacho. C. qui admit. ꝓ Bart. in. d. l. j. ff. de vul. ver. quero quid si monachus vel filius ꝛ Bar. in. l. is potest. ff. de acquiren. heredi. ver. sed oppono si illud est aliquod ius ꝛ Barto. in. l. si condicatur de cōd. fur. Bal. Ang.
15 ꝛ Jmo. in. l. si quis mihi bona. ¶ Tertio not. ex ista glos. † ꝙ seruus pōt nolle addire hereditatē etiā dño iubente. sed quid si coacte adiuit an valeat talis aditio ꝛ dicas quod sic adeo qō excluderet substitutū vulgari vt est casus in. l. cū proponas. C. eo. §. j. ff. de acqui. here. ꝛ per Are. hic. Capio glo. in ver. noui dñi ꝛ pro huius glo. exped. arg. cōtra istum hoc modo dicit in tex. nostro qō si seruus fuit heres institutus ꝛ postmodum mortuo testatore ante tñ aditā hereditatem fuerit alienatus ꝙ ipsu noui domini debet adire hereditatem ꝛ ꝓ consequēs nouo dño non autem antiquo aquiret: sed qō istud sit falsum ꝛ ꝙ immo hereditas ista sit querenda ei qui erat dominus tempore mortis testatoris ꝛ nō nouo domino adduco casum in. l. si post
16 §. secundo qñ dies legati ced. vbi dicit casus qō si † legatū fuit datum seruo ꝛ postmodum seruus iste mortuo testatore fuerit alienatus ante tamen aditam hereditatem quod legatuz istud veniet querenduz dño tempore mortis testatoris non aūt dño nouo. ergo ita videbatur dicendū in proposito ꝙ si seruus fuit heres institutus ꝛ postmodū alienatus mortuo testatore ꝙ legatum istud veniat querendū dño tempore mortis testatoris ꝛ non nouo domino. Propter hoc est facta glo. que dicit quod istud ꝓcedit in casu suo vez in hereditate vt hereditas illi que ratur qui est dominus tēpore aditionis hereditatis ꝛ nō mortis testatoris. ꝛ ideo si seruus fuit alienatus post mortem testatoris vel manumissus sibi vel domino tempore aditionis hereditatis acquiret secus est in legato: qz illi acquiret qui fuit dominus tempore cessionis legati; ꝛ sic illi qui fuit dominus tempore mortis testatoris: quia legata cedunt a tēpore mortis testatoris. vnde si legatū fuisset factum seruo ꝛ seruus fuisset alienatus post mortem testatoris domino tempore mortis testatoris non tempore aditionis legatum acquiret.

1 ℌereditas iacens representat personam defuncti ꝛ non heredis futuri.
2 ℌereditate iacente an procedi possit ad primuz decretum nullo dato curatore bonis: secus in secundo decreto.
3 Prescriptio an possit contra hereditatem iacentem currere.
4 ℌereditas iacens potest incurrere penam.
5 Cardinalis an possit ex concessione pape testari de bonis in cardinalatu acquisitis.
6 Serui hereditarij sunt capaces hereditatis ꝛ possunt heredes instituī non tamen erunt capaces vsufructus.
7 Posthumus alienus non potest heres institui.
8 ℌereditas iacens quare magis representat personā heredis q̄ defuncti.
9 Ecclesia carens rectore an equiparetur hereditati iacenti.

Seruus alienus. Seruus alienus pōt instituī post mortē dñi sui ꝛ eius seruus hereditarius vel eius qui est in vtero. hoc. d. ¶ Ho. ex
1 isto tex. ꝙ † hereditas iacens representat personaz defuncti et non heredis futuri vt hic concordat tex. in. l. legatum. §. seruo. ff. de leg. j. ꝛ in. l. non ideo minus. ff. eodem ꝛ ex hoc tibi infero
2 quod † hereditate iacente possit procedi ad primum decretum etiam nullo dato curatore bonis. l. si bona ꝛ ibi Barto. ff. de bo. aut. iud. poss. ꝛ. l. cum debitoris ꝛ ibi not. Buil. de cuneo ꝛ Bal. C. de iudi. tamen ad secundum decretum non poterit procedi contra hereditatez iacentem nisi curatore bonis dato ratio est: quia ad secundum decretū non potest deueniri nisi precedente latitatione. l. fulcinius. ff. ex quibus cau. in poss. ea. sed hereditas iacens non potest latitare: quia ipsa representat personam defuncti qui non potest latitare. ꝛ ideo est necesse quod detur curator bonis iuxta dispositionem titu. de curat. bo. da. ꝛ ita determinauit Bal. in Rub. C. de succes. ed. ꝛ ē bonus tex. in. l. si diez ꝛ ibi Barto. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. ꝛ sequitur Roma. consi. clviij. circa articulum ꝛ in. l. si quis heres instituetur in fi. ꝛ ibi Barto. ff. de here. instī. de hoc dicas vt per. d. Alexan. ibi in. l. iiij. in. §. pretor adit in pen. coll. ff. de dam. infec. ꝛ per eundem in. l. ad diem. post Ang. ꝛ Jmo. ibi. ff. de verb. oblig. Adde hic Alex. in consi. c. in. v. vol. qui dixit quod cōtra hereditatem iacentem non potest procedi ad diffinitiuam nec ad excussionem curatore non bonis dato ꝛ poterit dare curatorem ex officio. Adde Are. consi. xxvj. quod quando quis decessit relicto filio nunq̄ est dare hereditatem iacentem ꝛ Bal. cō
3 silio. ccvij. idem tenet. Sed an contra † hereditatem iacentem possit currere prescriptio vide Alex. cōsilio. cxxvj. in. ij. volu. ꝛ in consi. lxxxiij. in. iij. vol. in fi. vide Bal. consi. clxxxiij. quod illa prescriptio que incepit vivo creditore currit hereditate iacēte de hoc vide plene per Bal. in consi. xlvij. inter cetera. An sicut contra hereditatem iacentem non potest inchoare prescriptio ita eodem modo si villa est destructa ꝛ interim ciuitas exercet iurisdictionem in loco an prescriptio currat contra illam vt ea renouata ius suum recuperet. vide Bal. in consi. ccclviij.
4 proponitur in primo vol. Item adde ꝙ † hereditas iacens potest incurrere penam. sed heres potest petere restitutionem in integrum Alex. consi. xlv. in. v. volu. Quid si quis stipuletur alteri ꝛ ille est mortuus an stipulatio acquiratur hereditati iacēti vt heres possit agere. vide Bald. in consi. lxvij. vel. lxij. in primo vol. Unum etiam subde quod contra hereditatem iacentez possunt recipi testes ꝑm dispositionem. c. quoniam frequenter vt li. non cōtest. ita dixit Bal. ibi ꝛ an isto casu sit necesse quod detur curator bonis dicvt ibi per mod. in pen. car. ver. sed vtrū contra hereditatem iacentem. Item subdas aliud quod quando hereditas est ex priuilegio nunq̄ est dare hereditatem iacē tem. ꝛ ideo si esset aliqua hereditas alicuius Cardinalis primi legiati a Roma. Pont. ad testandum. tunc non esset dare hereditatem iacentem. ꝛ ideo tali hereditati nō dabitur curator ita bellissime dixit Ange. in. l. si seruus communis meuij. ff. de stipul. ꝛ ibi Jmo. refert modernos in. d. c. quoniam frequenter vide ad hanc materiam moder. in tractatu cardi. in. iiij. q. Basil.
5 in princ. ꝛ ibi late disputāt an Papa possit † cōcedere cardinalibus vt possint testari de bonis acquisitis in cardinalatu. Secundo not. ex isto tex. ibi quia cum hereditarijs seruis qō seruī
6 hereditarij sunt † capaces hereditatis ꝛ possunt heredes instituī dicas tamē qō nō erunt capaces vsufructus nec illis relinqui potest. l. in vsufructum. ff. de stip. seruo. ꝛ ratio est ꝑm Bar. ibi nam vsufructus iste acquiritur hereditati iacenti tanq̄ dominus vt hic. sed hereditati acquiri non potest: qz ipsa representat personam defuncti. ideo merito illi non potest deberi. quia videretur vsufructus. ea hora inchoari qua finiri debet finiretur enim vsufructus testato. defuncto. ergo sequitur quod eo defuncto non potest incipere sibi deberi vt dixit Aret. hic. Tertio not. ex isto tex. ibi cum etiam eius qui in vtero est quod
7 licet iure isto † posthumus alienus non posset heres institui vt habetur in. §. posthumo. infra de leg. ꝛ. l. pen. ff. de leg. j. tamen seruus alieni posthumi poterat heres instituī vt hic ꝛ in. l. eius ff. eodem quod videtur esse mirabile cum capacitas ꝛ incapacitas serui consideretur ex persona domini. l. si mihi ꝛ tibi. §. regula. ff. de leg. j. l. non ideo minus. ff. eodem. sicut ergo ipse posthumus alienus non poterat heres institui videbatur dicendū quod nec seruus eius posset heres instituī. quapropter dic vt per Barto. in. l. si seruus eius. ff. de acquiren. heredi. ꝛ per moder. in. l. gallus in princip. ff. de lib. ꝛ posthu. Capio glo. in ver. seruus autem alienus ꝛ pro huius glo. ex peditione arguo contra istum tex. hoc modo dicitur in tex. nostro quod seruus alienus pōt instituī post mortē domini. sed qō istud non possit procedere probo. nam institutio non potest conferri in diē vt infra eodem heres. ergo sequit qō ista institutio instituo talē seruū post mortem domini sui non valeat tāq̄ collata in diem mortis domini. ergo. vnde propter hoc est facta glo. nostra que dicit quod ista verba sunt verba legis ꝛ non testatoris. ꝛ tūc omnia sunt plana ꝛ iste erit sensus ꝙ tex. iste vellit quod testator possit instituere seruum alienum post mortem dñi hoc est quod mortuo dño serui potest seruus heres instituī nō autez qō testator vsus fuerit istis verbis talem seruum instituo post mortem dñi sui. quia tunc ista institutio esset collata in diem: ꝛ sic non valeret.

leret. Vel scõo dicit gl. q̃ immo possumus dicere quod ista sint verba testatoris qui sic dicat instituo talem seruum post mortẽ domini. nã hec institutio videl valere. vt hic ꝛ apertius probat ff. eo. qui filio primo respõ. nec obstat mõ cõtrariũ dicit glo. q̃ hec institutio videat in diẽ collata. vt infra eodẽ. ℌ. heres ꝛ per cõsequẽs nõ debeat valere. q̃ dicit glo. ille tex. pcedit qñ institutio esset collata in diẽ certã vtputa adueniente die paschę te heredẽ instituo: q̃ talis institutio nõ valet: sed sub die incerta bene põt cõferri istitutio vt ibi sed ita fuit in casu nostro: q̃ fuit dictum talem seruũ instituo post mortẽ dñi quo casu institutio videl collata in diẽ incertum cuꝫ dies mortis sit dies incertus vt. ff. de cõd. ꝛ demon. l. j. ideo merito valet vt hic ꝛ. ff. eo. l. in tẽ poze in princ. Capio glo. in ver. factio ꝛ arguo cõtra tex. dicit in tex. nostro qõ cum hereditarijs seruis est testamenti factio sed tunc contra quod immo nõ habeãt testamẽti factionẽ nec testari possit adduco casum supra de testa. ℌ. seruus vbi formaliter dicit quod serui nõ habẽt testamẽti factionẽ nec testari possunt. Unde propter hoc est facta glo. que dicit q̃ illud qõ dicit in tex. nostro qõ cũ seruis hereditarijs est testamenti factio dꝫ exponi. ſ. passiue. quia possint heredes instituti nõ aũt actiue: q̃ serui testari nõ possunt. ꝛ allegat casuꝫ infra de her. qua. ꝛ diff. ℌ. testamenti vbi probatur q̃ istud verbum testamenti factio sumitur actiue ꝛ passiue vt ibi habet. Subdit postmodum gl. q̃ isti serui hereditarij debebunt adire hereditatez iussu heredis instituti non attento an ipse heres haberet testamẽti factionẽ passiuam vel non: sed tantum an ipse testator habuerit allegat ff. eodem. si seruus hereditarius. Capio glos. in ver. defuncti ꝛ
8 glo. querit que est ratio q̃† hereditas iacens magis repꝛesentat personam defuncti q̃ heredis instituti ꝛ dicit glos. q̃ ratio potuit esse: quia defunctus est certus quis fuerit: sed nõ sic heres est certus. nam dato q̃ heres certus sit in testõ institutus tñ poterit esse q̃ ipse nõ adibit hereditatẽ q̃ põt esse multis de causis vt. j. qui. mo. te. ifir. ℌ. posteriore: ꝛ sic merito hereditas iacens non põt repꝛesentare personã heredis: q̃ est incerta. ꝛ ideo repꝛesentat psonã defuncti. q̃ illa est certa. Ultimo glo. allegat ad materiam huius. ℌ. infra de sti. seruo. in prin. ꝛ ff. de acqui. re. do. l. in eo in fi. ꝛ lege se. ꝛ ita residet glos. Circa istud tñ an hereditas iacens repꝛesentet personã defuncti vel heredis dicas fm Are. hic post Bar. i. l. si titio ꝛ mihi. ff. de leg. ij. quod aut hereditas est iacens ꝛ repꝛesentat personã defuncti vt hic ꝛ. l. legatũ. ℌ. j. ff. de leg. j. l. mortuo de fideiusso. cum vulg. Aut vero hereditas fuit adita: ꝛ tunc retro fingitur repꝛesentasse personam heredis arg. u. l. heres quando q̃. ff. de acqui. here. ꝛ infra eodẽ. ℌ. heres ꝛ ita procedat casus in. l. nouatio. ff. de noua. ꝛ. l. omnia vere. ff. de reg. ꝛ ista fictio nõ extendit nisi pro ea parte pro qua quisq̃ heredi succedere potuit vt. d. l. si titio. Ulti-
9 mo querebat Are. post Bal. in. d. l. non† ideo minus an ecclesia rectore carens equipareť hereditati iacenti ꝛ dicit quod nõ quia saltem omnes clerici eam possident allegat ipse Bal. Inno. in. c. cũ sup de causa poss. ꝛ ppie. alias de resti. spo. ipse vero Are. Allegat quod no. Barto. in. l. j. in fi. de acqui. poss. ꝛ ibi Ang. ꝛ ceteri.

1 ☞ Res mea amplius mea esse non potest.
2 Legari an possit seruo res domini.
3 Seruus plurium heres institutus non omnibus dominis acquirit: sed iubentibus tantum.
4 Seruus plurium si ab altero ex dominis instituitur cui acq̃ret hereditatem.
5 Seruus communis si stipuletur aliquid quibus acquiret.

Seruus plurium. Seruus plurium ab extraneo istitutus acquirit vnicuiq̃ pro parte dominica. h. d. secundũ Are. vsq̃ ad. ℌ. ꝛ vnũ. Not. primo ex isto tex. ibi cum quibus testamenti factio est ꝛc. q̃ capacitas serui considerať ex capacitate dñi. itaq̃ si ego volo videre an talis seruus possit heres instituí considero an dominus eius possit instituí heres ita probat text. iste hic. l. si mihi ꝛ tibi. ℌ. regula. ff. de leg. j. l. nõ ideo minus. ff. eodem. Circa istud tñ an indistincte procedat sic distinguas q̃ aut dñs est incapax mere propter sui cõditionem: ꝛ tunc aut seruus fuit institutus comtemplatione dñi ꝛ consideramus capacitatez dñi ꝛ non tenet institutio ꝛ ita procedit casus noster cum vulg. aut vero seruus fuit institutus cõtemplatione suimet ꝛ non dñi ꝛ isto casu non consideramus incapacitatẽ dñi. ꝛ ideo institutio valebit dato q̃ dñs sit incapax. ꝛ ideo si ante aditã hereditatẽ seruus iste manumissus foret vel alteri alienatus sibi vel nouo dño acquiret: q̃ tenuit hec institutio ꝛ ita intelligatur casus in l. si seruus eius. ff. de acqui. here. ꝛ tex. in. l. si deportati seruo. ff. de leg. iij. Aut vero dñs erat incapax non mere propter sui conditionem, sed mixta ratione mixta cõsideratione sui ꝛ rei legate vtputa: q̃ seruo relinqueretur res dñi quo casu dñs non est capax huius legati. ℌ. si quis rem suam. j. de leg. nõ ꝓpter defectum sue cõditionis nec etiã ꝓpter defectũ ipsius rei sed est nõ
1 capax habita cõsideratione ipsius ꝛ rei legate: q̃ † sua est res ideo amplius sua esse nõ põt. d. ℌ. si quis rem ꝛ isto dato q̃ dñs
2 sit incapax ipse seruus erit capax ꝛ † ideo seruo poterit legari res dñi vt est casus in. l. debitor. ℌ. fi. ff. de leg. ij. ꝛ in. l. ꝛ si maxime de seruit. leg. ꝛ ista habent per Bar. in. d. l. si mihi. ℌ. regula iunc. his que ipse dixit in. d. l. seruus eius, ꝛ ita etiam pertransit Are. hic. Stante itaque ista regula q̃ capacitas serui consideratur ex capacitate dñi inferebat Bal. in. d. ℌ. regula q̃ eodem modo possemus dicere in monacho vt capacitas vel incapacitas monachi cõsideretur ex capacitate monasterij. ꝛ ideo inferebat ipse q̃ quemadmodũ est prohibitus relinqui monasterio fratrũ minorũ vt in cle. exiui de verb. signi. ita nõ poterit relinqui eius altari vel monacho de quo dic vt ibi per eũ ꝛ ibi aliquid per mo. ꝛ per Pe. de anch. in. d. cle. exiui. ¶ Secũdo no.
3 ex isto tex. ibi cuius iussu adierit †† seruus plurib̃ heres institutus nõ oibus dominis acquirit: sed iubentibus tñ ita colligebat Are. hic ꝛ ideo dicebat Jo. de pla. hic si vnus dominus iubeat seruum adire ꝛ alius nolit iubere q̃ tunc pars dñi non iubentis acquiritur dño iubenti ne contingat testatorẽ decedere pro parte testatum ꝛ pro parte non. ꝛ ita probat casus in. l. seruus cõis ab extraneo. ff. de acqui. here. Secus tñ est in legato facto seruo communi ab extraneo: q̃ si vnus dñs acceptat ꝓ parte sua legatũ ꝛ alius repudiat ps repudiantis nõ accrescit alteri dño acceptanti. sed accrescit heredi. l. ꝛ pculo. ff. de leg. ij. Capio glo. in ver. ab extraneo ꝛ glo. querit dicitur in tex. nostro quod si seruus plurium fuerit institutus ab extraneo q̃ acquirat hereditatez vnicuiq̃ dñorum pro portione dñica. Que-
4 rit modo glos. q̃d si † seruus cõis fuerit institutus ab altero ex dñis quibus acquiret hereditatem ꝛ dicit gl. q̃ acquiret ceteris dñis vt habeť in. l. verũ. ℌ. si seruo cõi. ff. pro socio ꝛ ita residet glo. Not. ex hac glo. q̃ seruus cõis institutus ab altero ex
5 dñis ceteris dñis acquirit. Sed q̃d in ☉ctibus aũ † si seruus cõis aliquid stipuletur quibus acquiret ꝛ dicas q̃ aut seruus cõis stipulať ab extraneo impliciter ꝛ isto casu acquirit vnicuiq̃ dñorum pro partibus dominicis ꝛ q̃ vni nõ queriť remanet penes alios. l. j. ℌ. cõis seruus ꝛ. l. proinde. ℌ. fi. cũ. l. se. ff. de stip. seruo. Si vero seruus cõis stipulatur simpliciter ab vno dominorum ꝛ isto casu valet stipulatio pro parte ceterorũ dñor ꝛ illis acquirit nõ aũt pro parte dñi ꝓmittentis. d. l. proinde. ℌ. j. ꝛ ita dicit Jo. de pla. hic.

1 ☞ Infinitas vitanda est.
2 Impedimentum potest probari per iuramentum.
3 Compromissum prorogare nõ possunt nisi semel arbitri q̃bus data est potestas siue licẽtia prorogandi.
4 Judex põt tantũ bis sententiã interlocutoriam reuocare.
5 Instituere potest testator plures heredes vsq̃ in infinitum. sed si testator instituat omnes homines de mundo an valeat talis institutio. ꝛ nu. 8.
6 Legari non potest incertis personis: secus in legato ad causas pias.
7 Testator in suo testõ debet nominare heredes institutos.
8 Dictio vsq̃ est exclusiua casus cui apponitur.
9 Testiñ ad hoc vt cõfirmetur sufficit q̃ tãtũ vnus ex heredibus scriptis adeat hereditatem. ꝛ nu. 10.

Bonoꝝ possessio p patiētiā longi tpis corā ptore agnita an legitime ꝓbet. de testa. §. sed cum aliquis. nu. 47. fo. 21.

¶ De litera. C.

Camera cardinalis est fidelis sicut camera pape de testa. §. nihil. nu. 20. fo. 29.

Capiēs aliquē p mātellū vel vestē ꝺicit illū capere psonaliter sine in persona. de testa. §. pñt autem. nu. 14. fo. 12.

Cardinalis an possit ex cōcessione pape testari de bonis in cardinalatu acquisitis. de exhere. lib. §. seruus alienus. nu. 5. fo. 59.

Carta si reperit ꝓrogata ⁊ repitur ibi bulla: bulla reputabit falsa. de testa. §. nihil. numero. 2. fo. 27.

Casus superueniens in persona alterius nō ꝺz alteri nocere in pfectis ⁊ cōsummatis. de testa. §. si cū aliquis. nu. 25. fo. 18.

Cassato principali cassat quicquid sequitur ex eo. de exhered. lib. §. est autem. nu. 24. ⁊ nu. 14. fo. 58.

Causa adiecta legato in fauorē legatarij non restringit legatum. de testa. mili. §. illis autem. nu. 10. fo. 35.

Cā ⁊ rō qño differāt. de test. mili. §. illis autē. nu. 15. fo. 36.

Cecⁿ an possit deponere de his q̄ vidit ante cecitatē. de testa. §. testes autem. numero. 27. fo. 15.

Cecⁿ an possit testificari ō his q̄ audiuit. de te. §. si ꝟ q̄dē. n. 7. f. 30.

Cessante cā cessat effectⁿ. de tes. mi. §. illis aūt. nu. 2. §. 6. 8. ⁊ 13. f. 35.

Cessante cā priuilegij cessat priuilegiū. de testa. mili. §. hactenus. numero. 5. fo. 38.

Citatio nulla nullū opat effectū. de exhe. li. §. emācipatos. n. 8. f. 53.

Clausula motu ꝓprio. ⁊ ex certa sciētia tollit viciū surreptiōis. de here. instī. §. hereditas. nu. 10. fo. 62.

Clausula ex certa sciētia qō opet. de here. ist. §. hr̄ditas. n. 11. f. 62.

Clerici ꝺicuntr̄ esse in ꝺignitate ꝺicunt enim reges. de test. mili. §. sciendum. nu. 19. fo. 42.

Clericū pcutiēs sup biretū vl caputiū ꝺicit sup capite pcutere ⁊ incidit in canonē late sntie excōicatiōis. de tes. §. pñt aūt. n. 15. f. 12.

Codicillus pōt fieri in medio testi. de testa. in rub. nu. 57. fo. 6.

Cognoscere contrahentes an ꝺebeant testes. de here. instī. §. hi quos. numero. 2. fo. 66.

Collaterales preteriti qualiter rumpant testamen. de exhere. lib. §. mater. nu. 12. fo. 55.

Colonus an possit cē testis p ꝺño. de test. §. patèr. nu. 43. fo. 25.

Comedere sagimen licitum est ꝺiebus quibus comeduntr̄ ova. de testa. mili. §. sed ⁊ si quis numero. 10. fo. 40.

Comedere carnes non licet preterita media nocte carnisprium. q̄ testa. face. pos. §. preterea. nu. 12. fo. 46.

Compromissum prorogare non possunt nisi semel arbitri quibus data est potestas siue licentia prorogandi. de exhere. libe. §. et vnum. numero. 3. fo. 60.

Compromissarius in quem factū est cōpromissum tanq̄ in arbitruz ⁊ arbitratorē si, pnunciando ꝺixit nos arbiter ⁊ arbitrator ⁊c. an presumatur magis sententiasse vt arbiter vel vt arbitrator. de here. instī. §. hereditas. nu. 13. fo. 62.

Communis error reputātū quē patrēfamilias vel emācipatū an faciat vt gesta per talez sic reputatū valeant ac si gesta essent p patrēfami. de testa. §. si cum aliquis. numero. 38. fo. 21.

Communis vsus loquendi dat proprium significatum verbis. de testa. §. nihil. nu. 8. fo. 28.

Concesso vnō intelligitr̄ concessum omne id per qō deuenitur ad illud. de exhere. lib. §. est autē. nu.

mero.20.fo.57.

Concubina testificari nō potest nec etiam amasia p amasio ꝛ econtra.de testamen.§.pater. numero.41.fo.25.

Concubinaꝫ habens potest repelli a testimonio.de test.§.pater necnon.numero.10.fo.23.

Conditio impossibilis in cōtractu apposita viciat cōtractū secus in vltimis voluntatibus.de here.instī.§.impossibilis.nu.5.fo.65.

Conditio impossibilis adiecta institutioni vel libertati reiicitur ꝛ dispōnē nō vitiat.de here.inst.§.īpossibilis.nu.1.3.ꝛ.8.fo.64.

Conditio dicitur impossibilis multis modis.ibidem.nu.2.

Conditiōis tres sunt species.de here.īsti.§.si plures.nu.6.fo.66.

Conditiōes plures si fuerint adiecte institutioni sufficit adimplere alteram.de here.instī.§.si plures.nu.3.fo.65.

Conferre an debeat frater fratri libros qs pr̄ sibi tradidit p studio.de te.mi.§.sciēdū.nu.12.fo.41.

Confirmatio ex certa sciētia qd īportet. de here. instī.§.hereditas.nu.12.fo.62.

Confessus crimen an ꝛ qn̄ possit interrogari de consocijs.de testa.§.legatarijs.nu.13.fo.27.

Consanguineus pro cōsanguineo agere potest sine mandato ꝛ beneficiū impetrare.de testa.§.pater.nu.37.fo.24.

Consensus vel volūtas vbi ex legis dispositione reqritur sufficit qd̄ īterueniat ante siue postea ex interuallo.de exhere.libe.§.alienus quoq;.nu.7.fo.59.

Consilium aliquorū vbi ex forma statuti requirit tale consiliū debet interuenire ante actū: qz post actū nihil operaret.de exhere.lib.§.alienꝰ qq;.nu.9.fo.59.

Contextu vno quid denotet.de testamen.in rubri.numero.47.fo.6.

Contractus in testō fieri an possit ita vt ppter hoc vicietur testamentum.de testa. in rub. numero.50.fo.6.

Cōtractus an sit alienus actꝰ a testō.de test.in rub.nu.51.fo.6.

Cōtractꝰ stipulatiōis an possit in testō īteruenire.ibi. nu.53.fo.6.

Contractus seu alienatio facta a notorie pdigo an valeat.qui.p̄mis.est fa.testa.§.item prodigus.nu.11.fo.48.

Contrariorum cadē ē disciplina.qb'nō ē p̄mis. fa.testa.§.itē pdigꝰ.nu.9.fo.48.

Contratabulas bo.pos.nō dar̄ ō testā feminaꝝ de exhere.lib.§.mr̄.nu.13.fo.55.

Creditur dicto magni viri sine iuramēto.de test.ī rub. numero.105.fo.11.

Creditores patris nō habent regressuꝫ contra peculiū castrense ipsius filij ratione debitorū patris ꝛ idē in fisco.qui testa. face. pos.§.non tamen.nu.22.fo.44.

Crimen lese maiestatis cōmittēs statim est prīuatꝰ administratiōe bonoꝝ suoꝝ ꝛ oīa applicanr̄ fisco. de testa.§.testantem.nu.36.fo.15.

Criminosi testificari possunt de his que fiunt in barataria. de testa.§.pater necnon.nu.18.fo.23.

Criminosi ꝛ periuri an per statutum possint admitti ad testificandum.q̄ test.fa.pos.§.preterea.nu.5.fo.45.

De litera. D.

Damnatus ex famoso crimine nō pōt adhiberi testis in testō qn̄ oībus erat notū euꝫ infamē esse.de testamen.§.testes aūt. numero.34.fo.15.

Damnatus ad mortē an possit testari.de testa. mili.§. hactenus.numero.19.fo.39.

Dānatus de crimine publico efficit infamis.de testa.mili.§. sciendum.numero.18.fo.42.

Debitor solues creditori statim cōsumpturo nō liberat qui testa.fa.pos.§.itē pdigus.nu.3.fo.48.

Decedere nō pōt qs p pte testatꝰ ꝛ p pte intestatus. et nu.7.ꝛ.15.de here.isti.§.hr̄ditas.nu.4.fo.61.

Declarans nihil de nouo addere videt.de testa.mili. §.quinimmo.nu.5.fo.38.

Deportatus est capax eorū que iurisgētiuꝫ sunt siue naturalis:sꝫ prīuatur testamēti factione.de testa.in rub.nu.18.fo.4.

Dictio in:qn̄q; capitur pro iuxta.de test.in rub. numero. 24.folio.4.

Dictio vsq; est exclusiua casus cui apponitur.de exhere.libe.§.ꝛ vnum.nume.8.fo.60.

Dicta testiū didicisse nō dr̄ qs licet viderit exēplar si originale nō viderit.de test.§.nihil.nu.16.fo.28.

Dicto boni viri credit maxime si hꝫ amplam magistratum in ciuitate.de testa.in rub.nu.103.fo.11.

Dies incipit a media nocte ad aliā mediā noctē.qui test.fa. pos.§.preterea.nu.11.fo.46.

Dies cepta in testamētis habetur pro cōpleta.qui test.face.pos. §.preterea.nu.9.ꝛ.13.fo.46.

Dies certa institutioni adiecta tollitur de medio nec viciatur institutio.de here.institu.§.heres.nu.25.fo.63.

Diffinitio bona dꝫ ponere oīa substantialia rei diffinite.de test. in rub.nu.41.fo.5.

Diffinitio bona ostistit ex gn̄e ꝛ differētijs.de test.ī rub.nu.39.fo.5.

Dignitas perditur per infamiā supuenientē. de testa. mili.§.sciendum.nu.16.fo.41.

Dispositio si ex īpossibili ex toto in totū viciat sīc̄o ex pte,p pte tm̄,de here. instī.§. impossibilis. numero.11.fo.65.

Distributiones quotidiane dant tm̄ interessentibus diuinis officijs.de testa.mili.§.illis autem.nu.12.fo.36.

Doctor salariatus a publico nō pōt accipere salariū p̄ p curatorē.de testa.in rub.nu.72.fo.7.

Doctor artiū est in dignitate.de testa.mili.§.sciēdū.nu.23. fo.42.

Doctor canonū p̄ferr̄ dꝫ doctori iuris ciuilis.de testa.mili.§. sciēdum.nu.34.fo.42.

Doctor ex eo q̄ est doctor dicitur nobilis ꝛ magis q̄ ille qui est nobilis genere.de testa.mili.§.sciendū.nu.26.fo.42.

Doctor qui per viginti annos legit i studio generali efficitur dux ꝛ comes.de testa.mili.§.sciendū.nu.31.fo.42.

Doctores magne excellentie ab imperatore vocantur patres et amici.de testa.mili.§.sciendū.nu.32.fo.42.

Doctores an habeāt merū ꝛ mixtū imperiū.de testa.mili.§. sciendum.nu.28.fo.42.

Doctores duo si sint equalis scientie ꝛ vnus est nobilior altero p̄ fertur nobilior:sed si doctor plebeius sit excellentior p̄ferrꝫ de testa.mili.§.sciendum.nu.31.fo.42.

Doctoratus an sit dignitas.de testa.mili.§.sciēdū.nu.24.fo.42.

Doctoribus montes ꝛ maria p̄mittētibus nō est leuiter credēdū de testa.mili.§.plane.nu.15.fo.37.

Domesticus vel familiaris licet repellat̄ a testimonio tm̄ domesticus ipsius domestici nō repelletur.de testa.§.pater necnon.nu.34.fo.24.

Domestici ꝛ parētes possunt esse testes idonei de his que in domo fieri solēt.de test.§.pater necnon.nu.17.fo.23.

Domestici admittunt̄ ad pbādū ea q̄ gesta sunt iter vir.ꝛ vxo. nō tm̄ admittunt̄ ad pbandū in p̄iudiciū alterius.de testa.§.pater necnon.nu.20.fo.23.

Domestici qui dicantur ita q̄ repellantur a testimonio.de test.§. pater necnon.nu.33.fo.24.

Domesticū testimoniū est reprobatū in testō:sed an idē sit in alijs causis.de testa.§.pater necnon.nu.24.fo.24.

Dominus si proprīū seruū instituit ꝛ postea ipsuꝫ alienauit:an videat̄ dn̄s destitisse a datione libertatis.de exhere.libe.§.si vnus autē.nu.7.fo.58.

Domini appellatione an veniat vsufructuarius.de exhere. lib.§. alienus.nu.3.fo.58.

Domini duo eiusdē rei insolidū esse non possunt. de exhere.lib.§. emancipatos.nu.2.fo.53.

Dominium rei dotalis post mortē viri an transferat̄ in mulierē.de exhere.lib.§.heredes.nu.6.fo.56.

Dn̄ia rerū ex testō nobis acquiranr̄.de testa.in rub.nu.2.fo.2.

Donare cā mortis an possit filiusfamilias de bonis aduēticijs.de test.mili.§.sciēdū.nu.5.fo.41.

Donare cā mortis etiā ad pias cās an possit filiusfa. sine cōsensu patris.de testa.mili.§.sciendum.nu.8.ꝛ.10.fo.41.

Donare cā mortis an possit filiusfa.cōsentiēte patre de his.q̄ testa.face.pos.§.non tamen.nu.26.fo.44.

Donare ꝛbū p̄misisse,platū cōprehēdit solū donationē inter vinos:nō autē cā mortis nisi specialr̄ exprimat̄:sꝫ pbitisse,platū cōprehēdit vtrāq; donationē.q̄ te.fa.pos.§.nō tm̄.n.27.f.44.

Donare pōt quis cōcubinę sue nisi fuerit miles: doctor vel clericus.de exhere.lib.§.est autem.nu.11.fo.57.

Donare pōt filijs naturalibus.de here.instī.§.heres.nu.6.fo.63.

Donans oīa bona sua ecclesie caloze iracūdie an valeat donatio. qui test.face.pos.§.itē furiosi.nu.33.fo.48.

Donatio an reuocet̄ ppter supnascētiā filioꝝ ꝛ si filij nati decedāt an recōualescat donatio.de test.mili.§.illis autē.nu.8.fo.33.

Donatio causa mortis potest fieri in testō:ꝛ irritato testō nō irritabitur donatio.de testa.in rub.nu.49.52.ꝛ.56.fo.6.

Donatio facta per regē filio suo valet ppter potestatē regiaꝫ.de here.instī.

here.institu.§.hereditas.nu.9.fo.61.

Dormiens equiparaꝛ mortuo:si tñ surgũt.ꝛ malũ ali quod faciũt puniri debẽt si potuerũt sibi prouidere.qui testa.face.pos.§.itẽ furiosi.nu.35.fo.48.

Duo oñi si sint eiusdẽ territorij si vnus delinquat non põt p alium puniri:nisi expectatio alterius iudicis esset pcu lum allatura.de testa.§.nihil.nu.24.fo.29.

Durius agitur cum homine q̃ cũ lege.de testa.§.sed cũ aliquis.nu.58.fo.22.

De litera. E.

Ebrius an possit testari qui testa.fa.pos.§.itẽ furiosi.nu.29.fo.48.

Ebrius an excuseꝛ a pena delicti.ibidem.nu.30.

Ecclesia carẽs rectore an equiparetur here ditati iacẽti.de exhere.libe.§.seruꝰ alienus.nu.9.fo.60.

Edictum de ꝑtab.nõ cõpetit nisi emãcipatis ꝓteritis de exhere.lib.§.mater.nu.5.fo.55.

Edificare ecclesiã siue capellã nõ potest quis sine autoritate epi scopi.de testa.§.sed cum aliquis.nu.40.fo.21.

Electus si diu stetit in possessiõe beneficij sciẽte eo ad quẽ spectat confirmatio:presumitur cõfirmatio precessisse.de testa.§.sz cuz aliquis.numero.48.fo.21.

Emancipatus an ꝑsumaꝛ filiꝰ q̃ vixit seorsuz a pa tre p.xx.annos habitãdo ꝛ negociãdo.ꝛ dicit se emãcipatũ.de test.§.sz cũ aliquis.nu.41. fo.21.

Emãcipatus filius si in testõ est ꝓteritus testm̃ est ipso iure nullũ. de exhere.lib.§.emãcipatos.nu.3.fo.53.

Emãcipatus nõ trãsmittit hereditatem patris nõ agnitã nisi ad descendentes suos sed in suo secus.de exhere.libe.§.hec quidem.numero.5.fo.54.

Emancipatus ꝛ suus in quibus equiparentur quo ad rumpendũ testamentum.de exhere.lib.§.hec quidem.nu.13.fo.54.

Emãcipatus recipiẽs publicũ officiũ cũ cõsensu patris nõ obligat patrẽ.de exhere.lib.§.hec quidẽ.nu.10.fo.54.

Emancipato pupillo datur tutor:secus in existenti in patria potestate.de exhere.lib.§.hec quidem.nu.9.fo.54.

Emãcipato nõ substituitur pupillariter:secus in filio in potestate existenti.de exhere.lib.§.hec quidem.nu.11.fo.54.

Emãcipati nõ dicunt de familia nec etiã nepotes ex filia.de exhere.libe.§.hec quidem.nu.12.fo.54.

Emphiteota si irrequisito dño alienauit rẽ emphiteoticã cadit a iure suo sz tm̃ in tali alienatione nõ fuerint obseruata solẽnia ꝓpter que dicta alienatio fuit nulla:nõ dicetur cecidisse a iure suo.de exhere.libe.§.emãcipatos.nu.7.fo.53.

Emphiteota ꝓpter defectum vnius denarij cadit ab emphiteosi valente mille.de testa.in rub.nu.32.fo.4.

Error an sit magis attẽdẽdus q̃ veritas.de testa.§.sed cũ aliquis.nu.11.fo.17.

Esse tale ꝛ haberi pro tali differũt.de exhere.libe.§.posthumorum.nu.3.fo.52.

Eunuchus an possit esse testis in testõ.de testa.§.testantem.nu.23.fo.15.

Exceptio debet esse de regula.de testa.§.testes autez. numero.6.7.8.fo.13.

Exceptio firmat regulã nõ tñ ãpliat eã.de testa.§.testes autem. nume.9.folio.13.

Executor testamẽti an sit idoneus testis in testõ.de testa.§.legatarijs.nu.5.fo.26.

Executio nõ põt fieri in mortuũ.q̃ tes.fa.possunt.§.itez furiosi.numero.11.fol.46.

Exemplari nõ credit nisi producat originale.de test. §.nihil.nu.14.fo.28.

Exẽplar an sit eiusdẽ auctoritatis cuꝰ ꝛ origiale.ibi.nu.15.fo.26.

Exẽplũ auctoritate iudicis exẽplatũ facit fidẽ lz nõ ꝓducatur originale ꝛ hoc iudice sedente pro tribunali ꝛ parte citata.de testamentis.§.nihil.numero.22.fo.29.

Exẽplo creditur originali nõ producto qñ notarius dicit se non habere aliud originale q̃ illud.de testa.§.nihil.nu.25.fo.29.

Exẽplo exempli an credaꝛ.de testa.§.nihil.nu.21.fo.29.

Exemplatio vbi est antiqua presumuntur omnia solenniter facta de testa.§.nihil.nu.22.fo.29.

In exemplatione an requiraꝛ specialis citatio partis.vel sufficiat generalis.de testamen.§.nihil.nu.23.fo.29.

Exheredare põt pr̃ filiũ ꝓdigũ relictis sibi alimẽtis qui.pmis.ẽ fa.te.§.itẽ ꝓdigꝰ.n.19.f.49.

Exheredari nõ põt filius nisi iusta cã exheredatiõis expressa.de exhere.libe.§.posthumi.nu.17.fo.52.

Exhr̃dari debẽt masculi noiatim sicut femine.de exhe.libe.§.hec quidem.nu.1.fo.53.

Exheredatio dicitur pena ingratitudinis.q̃ test.face.po.§.itẽ furiosi.numero.6.fo.46.

Exhr̃datio an debeat fieri noiati.de exhe.libe.in rub.n.9.fo.50.

Exhr̃datus noiatim ꝛ filius si fuerit exheredatꝰ noie ꝓprio exp̃s so vel etiã noie appellatiuo tm̃.de exhe.lib.in rub.nu.9.fol.50.

Exheredatio femiaz ad hoc vt valeat an sufficiat q̃ sint exhr̃date inter ceteros.de exher.lib.in rub.nu.14.fo.50.

Exheredatio filioz inter ceteros nõ vz secꝰ añt in exhr̃datione filiarum ꝛ quare hoc.de exhe.lib.in rub.nu.15.fo.50.

Exheredatus non dicit qui minꝰ legitime est exheredatus.de exhere.libe.§.emancipatos.nu.5.fo.53.

Exheredatis non datur bonorum possessio contratabulas.de exhere.lib.§.emancipatos.nu.10.fo.53.

Expressum quot modis q̃d dicaꝛ.de testamẽ.i rub. numer.14.fol.7.

Extensio nõ dz fieri in correctorijs.q̃ testa.fa.poss.§.nõ tamẽ oĩbus.nu.10.fo.43.

Extensio an debeat fieri in exorbitantibus.de testa.§.sed cũ aliquis.numero.5.fo.16.

De litera. F.

Facilius impediꝛ q̃ iã factũ tollatur.q̃ testa.fa.pos.§.item furiosi. numero.23.fo.47.

Falsus denarius nõ est denarius:ꝛ si duo ludãt cũ nũmis ad par ꝛ impar nummus fallus nõ cõputabiꝛ.de exhere.lib.§.emancipatos.nu.6.fo.53.

Falsitas nõ cõmittiꝛ sine dolo.de testa.in rub.nu.102.fo.10.

Fama vbi a lege eq̃riꝛ satis est ꝓbare q̃ maior pars ita teneat.de testa.§.sed cũ aliquis.nu.9.fo.16.

Famuli ꝛ seruitores nõ sunt idonei testes ꝓ dño.de test. §.pater.nu.44.fo.25.

Femina nõ est idonea testis in testõ.de testa.mili.§.plane.nume.5.fo.37.

Fideicommissarius potest esse testisin testamento.de testa.§.legatarijs autem.numero.4.fo.26.

Fideiussor an sit testis idoneus in cã sui principalis.de test.§.legatarijs.nu.14.fo.27.

Filiafamilias an testari possit sup dote.q̃ test.face.pos.§.nõ tñ oibꝰ.nu.1.fo.43.

Filiusfa.si qñ erat in potestate patris fecit testm̃ licet postmodũ efficiaꝛ sui iuris testm̃ non confirmabitur:secus in codicillis.q̃ testa.face.pos.§.non tamen.nu.31. fo.45.

Filiusfamilias sine patris cõsensu relinquere põt nisi in castrensi vel quasi.qui test.fa.pos.§.non tamen.nu.9.fo.43.

Filiusfamilias in patris potestate cõstitutus põt in causis beneficialibus aut spiritualibus sine cõsensu patris agere.ꝛ esse in iudicio.de testa.mili.§.sciendum.nu.7.fo.41.

Filiusfamilias testari nõ põt nisi in castrẽsi peculio vel qsi castrẽsi in alijs vero peculijs puta aduentitio vel ꝓfectitio testari non põt etiã patre cõsentiẽte.q̃ testa.face.pos.§.nõ tñ.nu.2. fo.43.

Filiusfamilias testari nõ põt nisi fuerit miles.de testa.mili.§.illis autem.nu.5.ꝛ nu.16.fo.35.

Filius an possit esse testisidoneus in testõ patris ad pias causas testantis.de testa.§.pater necnon.nu.31.fo.24.

Filius emãcipatꝰ dz reuerẽtiã pr̃i.de test.§.pr̃ necnõ.nu.6.fo.22.

Filius quare repellaꝛ a testimonio patris.ibidem.nu.7.

Filius existẽs i potestate heredis non est idoneus testis.de test. §.sed neq̃.nu.3.fo.26.

Filius iam natus si est ꝓteritus statim ab ipso initio testm̃ est nullum:sed si posthumus ab initio ꝓtereaꝛ valet testm̃ sed natiuitate posthumi irritaꝛ.de exhere.lib.in rub.nu.13.fo.50.

Filius in potestate ꝓteritus si viuo testatore decedit.ꝛ sic nõ potuit dicere testm̃ nullũ an testm̃ valeat.ꝛ nu.7.28.ꝛ.12.de exhere.lib.in rub.nu.47.8.ꝛ.12.fo.50.

Filius emãcipatus an possit testificari in cã patris.de test.§.pater necnon.nu.3.fo.22.

Filius non est idoneus testis in testõ patris:ꝛ quid in alijs negocijs.de testa.§.pater necnon.nu.1.fo.22.

Filius emancipatus notarius an possit scribere instrumẽtum.de cõtractu patris ꝛ eius testm̃. de test.§.pr̃ necnõ.nu.4.fo.22.

Filius censeꝛ vna ꝛ eadẽ persona cum patre.ibidem.nu.5.

Filiorum ꝛbũ siue liberoz a testatore platũ.cõprehẽdit tã naturales q̃ legitimos.de exhere.li.§.posthumi.nu.15.fo.52.

Filiusfa.etiam sine voluntate patris delinquẽs obligatur diabolo.de exhere.lib.§.hec quidem.nu.7.fo.54.

Filiusfami.in castrensi vel quasi castrensi tantummodo testari po

test.de testa.mili.§.sciendum.nu.14.fo.41.

Forma est que dat esse rei.de exhere.libe.in rubrica. numero.3.fo.50.

Forma testamenti a iure ciuili introducta an possit a iure canonico immutari in terris imperij.de testa.in rub.nu.90.fo.8.

Forma a lege tradita est obseruãda.de test.in rub.nu.34.fo.4.

Forma est que dat esse rei ⁊ cõseruat eã inesse.ibidẽ.nu.35.fo.5.

Frater nõ est idoneus testis in testõ fratris testãtis extra castra.de test.§.pater necnõ.nu.23.fo.23.

Frater de ordine minorum non potest esse executor testi.de exhere.libe.§.est autem.nu.17.fo.57.

Furiosus qui habebat dilucida intervalla si fecit testm̃ an presumetur illud fecisse tempore furoris vel tpe q̃ habebat dilucida intervalla.de test.i rub.nu.75.fo.8.

Furiosus si propter furorẽ occiderit patrẽ vel matrẽ an puniat.q̃ testa.face.pos.§.item furiosi.nu.3.fo.46.

Furiosus põt exheredari ratione ingratitudinis p eũ cõmisse cũ esset sane mẽtis.q̃ test. face.pos.§.itẽ furiosi.nu.5.fo.46.

Furiosus qualiter quis pbetur.⁊ qui semel fuit furiosus an semp presumetur furiosus.qui testamen.face.pos.§.item furiosi.numero.24.⁊.37.fo.47.

Furiosus si tempore quo fecit testamẽtũ habebat dilucida intervalla an tale testm̃ valeat.ibidem.nu.25.

An ille qui fuit furiosus ante actum presumatur furiosus tempore actus.ibidem.numero.26.

Furiosus ideo testari non potest q: mente caret.⁊ eadẽ ratio est in mentecapto.ibidem.numero.27.

Furiosus ⁊ mentecaptus equiparanf.ibidem.nu.28.

Furiosus post delictũ perpetratũ si quis efficiat an poterit õ eũs pcedi ad sniam.q̃ testa.face.pos.§.itẽ furiosi.nu.13.fo.46.

Et si tpe delicti erat sane mẽtis ⁊ fuerit condẽnatus postea vero effectus est furiosus an cõtra eũ possit executio capitalis fieri. ibidem.numero.14.

Furiosus existens in peccato mortali si incidat i furorẽ.⁊ in furore moriatur damnabitur.⁊ nume.16.qui testa.face.pos.§. item furiosi.nu.8.fo.46.

Furiosus ⁊ mortuus equiparantur.qui testa.face.pos.§.item furiosi.numero.10.fo.46.

Furiosus an possit esse testis in testõ.de testa.§. testãtem.numero.29.fo.15.

¶ De litera. G.

Gabella si de quolibet instrumento debeat solui nõ soluetur de instrumento antiquo refecto.de testa.§.sed cum aliquis.nu.18.fo.17.

Gabellã sine collectã prescripsisse an dicatur qui longo tempore coactus non fuit soluere. de test.in rub.nu.10.fo.

Gesta per notarium qui cõmuniter reputabatur notarius qui in veritate nõ erat nec habebat titulum licet nõ valeant: tamen ista instrumenta facient aliquaz presumptionẽ. de testa.§.sed cum aliquis.nu.49.fo.21.

Gesta p notariũ occulte depositũ an teneãt.de testamen.§.sed cũ aliquis.numero.51.fo.21.

Gonella bannitus a terra ferrariensi adijt Veronã vbi fieri fecit currum explanatum terra veronensi. ⁊ sic ingressus est ferrariam.de exhereda.libe.§. est autem.numero.16.fo.57.

¶ De litera. H.

Heres non põt eẽ testes in testõ.in quo est institutus.de test.§.sed necꝫ.numero.1.folio.26.

Heres cõiunctim institutus sub pluribus cõditionibus an ⁊ qñ habeat omnibus obtemperare.de here.insti.§.si plures.nu.7.fo.66.

Heres no potest institui ex certo tempore vel ad certum tempus sed bene potest institui sub die incerto vel conditione.de here. insti.§.heres.nu.1.⁊.4.fo.63.

Heredem instituens intelligitur illum facere dominum bonorum suorum.de exhere.lib.§.heredes.nu.10.fo.56.

Hereditas in qua institutus fuit seruus q̃rit ipsi dño q̃ ipse seruus adiuit ista hereditatez iussu dñi: ⁊ necesse est q ipse seruus adeat ⁊ nõ dñs.de exhere.lib.§.alienus quocꝫ.nu.11.fo.59.

Hereditas iacens quare magis representat personaz heredis q defuncti.de exhere.libe.§.seruus alienus.nu.8.fo.60.

Hereditas iacẽs põt incurrere penã.de exhere.libe.§.seru alienus.numero.4.fo.59.

Hereditas iacẽs representat psonã defuncti ⁊ nõ heredis futuri. de exhere.libe.§.seruus alienus.nu.1.fo.59.

Hereditas legaliter diuiditur in duodeciz partes ⁊ etiã quelibet alia res.de here.institu.§.hereditas.nu.2.fo.61.

Hereditatis cõputatio qñ debeat fieri per assem vel dipõdium. de here.insti.§.videamus.nu.2.fo.63.

Hereditate iacẽte pcedi an possit ad pmũ decretũ nullo dato curatore bonis.secus in secundo decreto.de exhere.libe.§. seruus alienus.nu.2.fo.59.

Hermaphroditus an possit esse testis in testõ. de tes.§.testãtẽ.n.22.fo.14.

Homicidium tempore sane mẽtis cõmittẽs si post est effectus furiosus an poterit condẽnari ad mortẽ ⁊ puniri.qui testa.face.pos.§.item furiosi. numero.4.fo.46.

Homicidium casu perpetratum sine culpa punibile est de vulga. substi.§.sed si instituto.nu.10.fo.68.

Honestas maior reqrit in muliere q̃ in masculo.de exhere.libe.§.est autem.nu.10.fo.57.

Hospes non teneatur hospitari quando est grauatus multitudie hospitatiũ.de test.§.pñt aũt.nu.19.fo.13.

¶ De litera. I.

Inotus põt eligi ⁊ ei bñficiũ cõferri.de here.insti.§.hi quos.nu.3.fo.66.

Impedimentum põt pbari p iuramẽtũ. de exhere. libe.§.vnum.nu.2.fo.60.

Imperator appellat optimus maximus cõsultissimus sanctissimus religiosissimus ⁊ cetera. qui testa.face.non pos.§.non tamen.nu.20.fo.44.

Imperator dicit optimus:sanctissimus religiosissimus.de vulg. substi.§.si seruum.nu.9.fo.68.

Impossibilitas an in iudicijs viciet.de here.inst. §.impossibilis.nu.6.fo.65.

Impossibilitas an viciet arbitrium.de here.insti.§. impossibilis. numero.9.fo.65.

Impossibilitas viciat confessionem.ibidem.nu.10.fo.65.

Impossibilitatis quatuor sunt species ⁊ qualiter ⁊ qñ vicient. de here.insti.§.impossibilis.nu.7.fo.64.

Impubes nõ põt esse testis idoneus in testamento dato q postea factus pubes testificetur.de testa.§.sed cum aliquis.nu.15.fo.17.⁊.nu.31.fo.19.

Impubes nõ põt eẽ testis in testõ.de test.§.testes aũt.nu.2. fo.13.

Impubes an possit eẽ testis i testõ.de test.§.testãtẽ.nu.24. fo.15.

Impuberes testari nõ pñt:pñt tñ donare cã mortis eis q̃ ab intestato ei successuri sunt.q̃ test.fa.pos.§.preterea.numero.1.⁊ numero.8.fo.45.

Impuberes an possint õhere matrimonium.ibidẽ.nu.2.fo.45.

Idem ius an sit de parte ad partez qõ de toto ad totũ.de here. institu.§.hereditas.nu.16.fo.62.

Infamis non est idoneus testis in iudicijs.de testa.§. testes autẽ.nu.35.fo.15.

Infamia si superueniat militi an desinat esse miles.de testa.mili.§. sciendum.nu.17.fo.42.

Infans in vtero matris existẽs nõ est homo.de exhere.libe.§.posthumi.nu.10.fo.51.

Inferior nõ põt tollere ius superioris.de test.mil.§.hactenus.nu.25.fo.39.

Inferior nõ põt corrigere superiorez in crimine iam cõmisso: sec in cõmittẽdo.q̃ testa.face.pos.§.itẽ furiosi.nu.20.fo.47.

Infinitas vitanda est.de exhere.libe.§.⁊ vnum.numero.1.fo.60.

Inhabilis ad testificandũ effectus post testm̃ põt reddere testimoniũ de his in quibus primo fuerat adhibitus in testẽ.de test.§.si cũ aliquis.nu.19.fo.17.

Inhabilitas testis domestici suppleꝛ ex adiuncto puta ex cõtestibus habilibus.de testa.§.testes autẽ.nu.15.fo.14.

Inimicus an ⁊ qñ possit pduci in testez cõtra inimicũ de test.§.pater.nu.45.fo.25.

Instituere vel exheredare patrẽ necessario hz filiꝫ. de exhere.lib.§.emãcipatos.nu.4.fo.53.

Instituere põt testõr plures heredes vsqꝫ i infinitũ.siz si testõr istituat oẽs homines de mundo an valeat talis institutio. ⁊ nu.8. de exhere.lib.§.⁊ vnum.nu.5.fo.60.

Instituere vl exheredare filios mr necesse nõ hz sz filẽtiũ eiꝫ hr̃ p exheredatiõe.de exhere.lib.§.mater.nu.10.⁊.13.fo.55.

Institui põt ignotꝫ a testatore.de here.inst.§.hi quos.nu.1.fo.66.

Institui pñt filij post testm̃ adoptati.de exhere.libe.§.posthumi. numero.14.fo.52.

Institui vel exheredari debẽt filij etiã si nõ sint in potestate. de exhere.lib.in rub.nu.11.fo.50.

Institui debent filij vel exheredari alꝫ rumpunt testamentuz. de exhere.libe.§.emancipatos.nu.1.fo.53.

Instituens filium in bñdictione paterna videtur eu instituere in

sua legitima

sua legitima. de testa. in rub. nu. 20. fo. 4.
Institutus sine parte ad quid intelligetur istitutus. ꝛ. §. seq. nu. 1. de here. isti. §. si plures. nu. 2. fo. 62.
Institutus si fuerit coheredi substitutus ꝛ demum tertius substituto substitutus admittit ad partes vtriusq; neutro institutorum adeunte. de vulga. substitu. §. ꝫ si instituto. nu. 1. fo. 67.
Institutus sub duabus conditionibus copulatiue vtriq; hꝫ obtẽperare: sed si sub duabus conditionibus disiunctiue sufficit alteri obtemperare. de here. insti. §. si plures. nu. 8. fo. 66.
Institutus in parte non dato alio coherede intelligitur institutꝰ in totum. de here. insti. §. hereditas. nu. 3. fo. 61.
Institutio heredis ad pias causas nutu facta an valeat. de testa. in rub. numero. 92. fo. 9.
Institutio posthumi indefinita an trahaꝫ ad omnes posthumos. de exhere. lib. §. posthumi. nu. 16. fo. 52.
Institutio ista institue te cum morieris an valeat. de here. insti. §. heres. nu. 9. fo. 63.
Institutio ista institue illum cuius nomen est descriptũ in tali cedula posita penes guardianum est valida. de testa. in rubri. numero. 73. fo. 7.

Instrumentum validum allegans: ipsum probare tenetur. de testa. §. sed cum aliquis. nu. 45. fo. 21.
Instrumentum si non reperiatur in libro: sed in filza an ei credaꝫ: et an possit peti autenticari. de testamen. §. nihil autem. numero. 31. folio. 30.
Et quid si duo instrumenta originalia reperiantur vnum cãcellatum aliud non: cui stabitur ibidem. nu. 32.
Instrumenta plura diuersorum testamentorum a diuersis personis factorum per eundem tabellionem cum eisdem testibus sigillis ꝛ subscriptionibꝰ i vna ꝛ eadẽ carta fieri possunt. de test. §. nihil. nu. 12. fo. 28.
Instrumenta cõfecta per notarium qui communi opinione reputabatur notarius an valeãt si inveritate non erat. ꝛ nu. 34. de testa. §. sed cum aliquis. nu. 32. fo. 19.

Interpretari non debẽt priuilegia seu rescripta principum in preiudiciũ alterius. de testa. mili. §. sciendum. nu. 9. fo. 41.

Intestabiles qui dicantur. de testa. §. testes autem. numero. 33. fo. 15.

Iracundus dicitur esse in furore. qui test. face. pos. §. item furiosi. nu. 32. fo. 48.

Iudex in causa propria an ꝛ quando possit quis esse. ꝛ numero. 7. ꝛ. 8. de vulga. substi. §. si seruum. numero. 6. 7. ꝛ. 8. fo. 68.
Iudex potest tantum bis sententiam interlocutoriam reuocare. de exhere. libe. §. ꝛ vnũ. nu. 4. fo. 60.
Iudex si interdixit bonis alicui tanq; prodigo cum tamen in veritate non esset prodigus an talis interdictio valeat. quibus permis. est fa. test. §. item pdigus. nu. 27. fo. 49.
Iudex vnus si solus poterat cognoscere ꝛ cognouit cũ alio ꝛ inhabili viciatur iudicium. de testa. §. pater necnon numero. 29. folio. 24.

Iudicare potest princeps ẽm conscientiam ꝛ non ẽm allegata ꝛ probata: ꝛ idem in quolibet non recognoscente superiorem. ꝛ nu. 12. de vulga. substi. §. si seruum. numero. 10. fo. 68.
Iudicare potest princeps in causa propria qui testamẽ. face. pos. §. non tamen. nume. 21. fo. 44.
Iudicare potest quis in causa propria si est homo sancte vite ꝛ in quo verisimiliter cessaret ois suspicio vtputa q; est monachus cisterciẽsis. de vulg. substi. §. si seruum. nu. 14. fo. 69.
In iudicio stare nõ põt filius sine cõsensu patris: ſꝫ si fuit in iudicio ꝛ pater ratificet an valebit iudiciũ. de exhere. libe. §. alienꝰ quoq;. nu. 10. fo. 59.

Iurans non reuelare delictũ: si illud iã est cõmissum nõ poterit illud reuelare. secus si est cõmittẽdũ. q̃ testa. face. pos. §. item furiosi. nu. 21. fo. 47.
Iuramentũ nõ põt p statutũ tolli seu innalidari: ꝛ bꝰ verũ i iuramẽto pstito: ſꝫ secꝰ i pstãdo q̃. test. fa. pos. §. itẽ furiosi. nu. 18. fo. 47.

Ius canonicũ i relictis ad pias cãs obseruari dꝫ in vtroq; foro. ꝛ si execution relictoꝝ ad pias cãs fieri petaꝫ coram seculari iudice debebit fieri fꝫ termios iuris canonici. de test. in rub. nu. 91. fo. 8.
Ius dicendi testm̃ nullũ daꝫ liberis pteritis in testamento materno. de exhere. lib. §. mater. nu. 3. fo. 55.

Iussus siue mandatũ si ex forma statuti sup aliquo actu seu negocio interuenire dꝫ talis iussus: siue mãdatũ dꝫ pcedere ipsum actũ. de exhere. lib. §. alienꝰ quoq;. nu. 6. fo. 59.

De litera. L.

Lazarum mortuũ deus nõ flenit: ſꝫ ad hãc vitã suscitãdũ. q̃ testa. face. pos. §. item furiosi. nu. 38. fo. 48.

Legari an possit seruo res dñi. de exhered. libe. §. seruus plurium. nu. 2. fo. 60.
Legari non potest in certis personis: secus in legato ad causas pias. de exhere. lib. §. ꝛ vnum. nu. 6. fo. 60.
Legari põt testi in testõ adhibito. de testa. §. legatarijs autem: numero. 1. fo. 26.
Legatũ si fuerit datũ seruo ꝛ postmodũ seruus iste mortuo testatore fuerit alienatus ante aditã hereditatẽ legatũ illud quereꝫ dño tempore mortis testatoris ꝛ non domino nouo. de exhere. libe. §. alienus quoq;. nu. 16. fo. 59.
Legatũ si fiat seruo ꝛ postmodũ fuerit alienatus an extingueꝫ legatum. de. exhere. libe. §. seruus autẽ. nu. 6. fo. 58.
Legatum factum sacerdoti a suo consanguineo acquiritur sibi. ꝛ non ecclesie. de testa. §. pater necnon. nu. 36. fo. 24.
Legata annullato testõ ex cã pteritionis. an cõseruẽ. de exhere. lib. §. si in expeditiõe. nu. 3. fo. 55.
Legata signis ꝛ nutu fieri an possint. ꝛ nu. 99. de testa. in rub. numero. 96. ꝛ. 99. fo. 9.
Legatarius vnus an possit ferre testimoniũ alteri collegatario. de testa. §. legatarijs. nu. 9. fo. 27.
Legatarius est idoneus testis in testõ. de testamen. §. legatarijs. autem. nu. 2. ꝛ. 6. fo. 26.

Ler vna lꝫ indistincte loquaꝫ ipsaꝝ tm̃ possumus distinguere. de vulga. insti. §. sed si instituto. nu. 3. fo. 68.
Lex noua generaliter disponẽs restringit p leges antiquas specialiter in certis casibus loquẽtes. de test. mili. §. sciẽdũ. nu. 4. fo. 41.
Les ciuilis nõ põt tollere naturalem obligationem. qui test. face. pos. §. itẽ furiosi. nu. 22. fo. 47.
Lex indistincte loquẽs ob multa restringitur. de vulga. substi. §. ſꝫ si instituto. nu. 12. fo. 68.
Lex an p nõ vsum tollaꝫ. de test. in rub. nu. 9. fo. 3.
Lex si nõ fuit recepta nec obseruata sciẽte superiore nõ ligat: ꝛ ad prescribendum contra legem sufficit spacium decem annorum. de testa. in rub. nu. 11. fo. 3.
Lex indistincte loquẽs restringitur. de vulga. substi. §. sed si instituto. numero. 5. fo. 68.
Lege nõ subsunt que dei spiritu aguntur. qui testa. face. pos. §. non tamen. nume. 4. fo. 43.
Leges correcte nõ sunt in corpore iuris describẽde. de testa. §. sed neq;. nu. 5. fo. 26.

Libellus dicitur nouus si ei aliquid addaꝫ. de test. §. sed ꝛ si q̃s. numero. 8. fo. 40.
Libellus incertꝰ admitti nõ dꝫ ſꝫ si postmodũ sequaꝫ pbatio certa talis libellus sustẽtaꝫ. de test. §. ſꝫ cũ aliquis. nu. 4. fo. 16.
Libellũ nouũ ostituere dr̃ q̃ addit libello. de test. i rub. nu. 21. fo. 4.

Libertas directa q̃ dicaꝫ ꝛ q̃ fideicõmissaria. ō exhere. libe. §. seruus autem. nu. 5. fo. 58.
Libertas est pro causa. de testa. in rub. nu. 86. fo. 8.

Licẽtiatus an veniat appellatione doctorum. de testa. mili. §. sed ꝛ si quis. nu. 2. fo. 39.

Literis testimonialibus an credatur. de testa. §. pñt autẽ. numero. 8. fo. 12.

Ludens tpe quo ẽ ꝺsuetudo patrie q; ludaꝫ nõ teneꝫ pti ad restõnẽ. q̃ test. fa. pos. §. itẽ pdigꝰ. nu. 6. fo. 48.
Lusor si in ludo existẽs vẽdat aliquid an teneat vẽditio. q̃ test. face. pos. §. itẽ pdigus. nu. 5. fo. 48.

Lugere eos qui ab hac luce decedunt ex pusillanimitate pcedit. q̃ test. fa. pos. §. itẽ furiosi. nu. 38. fo. 48.

De litera. M.

Manumittere nõ põt mulier seruũ secũ adulterio maculatũ. de exhere. li. §. est autẽ. nu. 4. fo. 57.
Manumittere quare nõ põt dña seruũ que cũ eo se immiscuit. de exhere. lib. §. est autẽ. nu. 13. fo. 57.
Marit⁹ nõ ẽ idoneꝰ testis p vxore nec cõtra. ō test. §. pf. nu. 40. fo. 25.

Matrimoniũ separaꝫ ppter fornicationẽ tã corporalẽ q̃ spiritualẽ: ſꝫ si alter cõiugũ cadit i hereſim. q̃ test. fa. pos. §. nõ tm̃. nu. 14. fo. 43.
Mrimoniũ an possit fine ꝺbis cõtrahi. de exhere. li. i rub. nu. 6. fo. 50.
Matrimoniũ nutu factũ an ꝛ qñ valeat. de test. i rub. nu. 94. fo. 9.

Mensure certe si sint deputate ad vendẽdum nõ poterit vẽdi ad alias mensuras. de exhere. libe. §. est autem. nume. 19. fo. 57.

Meum seu pprium id dr̃ eẽ in quo habeo pprietatẽ seu dominiũ. de exhere. lib. §. heredes. nu. 8. fo. 56.

Miles quis dicatur ⁊ que requirantur ad hoc vt quis dicaꝯ miles. de testamento mili. in rub. nu. 1. fo. 34.
Miles vnde dicatur. ibidem. nu. 2.
Miles potest decedere ꝑ parte testatus. ⁊ ꝓ parte intestatus: secus in testante ad pias causas. de testamen. in rubrica. numero. 81. fo. 8.
Miles non potest testari nutu sed opus est q̃ verbis testetur. de testa. in rub. nu. 83. fo. 8.
Miles si ignoranter preterit filium quem se habere ignorabat tale testamentum erit nullum. ⁊ numero. 5. de exhere. libe. §. si in expeditione. nu. 2. fo. 55.
Miles qñ est in castris vtputa quando est in tentorio non tamen est in expeditione belli si voluerit testari requirunt duo testes: sed si est in domo sua debet adhibere septez. de testamen. §. sed hec quidem: nume. 17. fo. 31.
Miles ignominia missus statim perdit priuilegium militum. de testa. mili. §. hactenus. nu. 18. fo. 39.
Miles potest decedere ꝓ parte testatus ⁊ ꝓ parte intestat⁹. ⁊ nu. 14. de heredi. instituen. §. hereditas. numero. 7. fo. 61.
Miles dato q̃ sit mutus ⁊ surdus nihilominus testari poterit. de testa. §. quinimmo. nu. 1. fo. 37.
Miles si sigillauerit testamentum ante militiam non iure factum an videatur illud approbare. de testamen. mili. §. sed ⁊ si quis. numero. 4. fo. 40.
Miles ad hoc vt gaudeat priuilegio militum est necesse qõ iuret q̃ non decedet a signis ⁊ q̃ non euitabit mortez ꝓ salute rei publice. de testa. mili. in rub. nu. 4. fo. 34.
Miles an possit heredem instituere nutu ita q̃ non sit necesse qõ verbis nominet ipsum heredem. de testamen. §. quinimmo. numero. 2. fo. 37.
Miles ad hoc vt gaudeat priuilegijs militum debet creari cum solennitatibus de quibus hic per glo. de testa. militis. in rub. numero. 8. fo. 34.
Miles si nõ est matriculatus censetur vt paganus seu priuatus. de test. mili. in rub. nu. 9. fo. 34.
Miles potest testari signis ⁊ notis inusitatis dummodo aliqua liter appareat de eius voluntate: secus in patre testante inter liberos. de testa. in rub. nu. 95. fo. 9.
Miles descriptus in matricula: ⁊ habẽs omnia requisita ad hoc vt quis dicaꝯ miles: si degit domi ⁊ non in castris non gaudet priuilegio militum. de testamen. militis. §. hactenꝰ. numero. 6. folio. 38.
Miles potest directo instituere heredẽ in codicillis: secus in' intestante ad pias causas. de testa. in rub. nu. 80. fo. 8.
Miles pretereundo filios an videatur preterire eos quos se habere ignorat. de exhereda. libe. §. si in expeditione. numero. 6. folio. 55.
Miles licet habeat liberam testandi facultatem per ista tamen verba non intelligitur sublata iuris diuini vel naturalis solennitas cum ad minus debeat adhibere duos testes de vulg. substitu. §. sed si instituto. numero. 6. fo. 68.
Miles addendo vel detrahendo testamento non solenni' ante militiam facto facit q̃ illud testamentum nõ remanet amplius sub dispositione iuris communis. de testa. mili. §. sed ⁊ si quis. numero. 7. fo. 40.
Miles damnatus de crimine capitali testari non potest. ⁊ idem de quolibet ad mortem damnato. de testamẽ. mili. §. hactenus. numero. 20. fo. 39.
Miles damnatus de fide rupta testari non potest nec ei per sententiam iudicis reseruatur testamenti factio. ibidem. numero. 21. 27. 28. ⁊ 39.
Miles mulier rusticus ⁊ minor an propter ignorantiam iuris et quando. de testa. mili. §. supradicta. nu. 2. fo. 35.
Milites in expeditiõe degẽtes testari possunt quomodo volũt siue testamentum condatur in scriptis. siue sine scriptis. ibidẽ. numero. 3.
Miles si testatur in tentorio debent vocari duo testes: secus si in cõflictu belli siue in ipsa expeditione: quia tũc nõ est necesse q̃ aliquis vocetur dummodo per signa siue indicia cõstet de eius voluntate: sed si testaretur domi debet solennitatem iuris communis obseruare. de testamen. mili. §. plane. nu. 12. fo. 37.
Miles mutus ⁊ surdus an possit testari extra castra. de testamẽ. mili. §. hactenus. nu. 13. fo. 38.
Miles si in castris iure militari testetur an tale testametum ita factum duret etiam post missionem a castris ibidem. nu. 14.
Miles si fuerit de crimine capitali damnat⁹ an possit condere testamentum ibidem. nu. 15. fo. 39.
Miles si ex honesta causa ⁊ necessaria recessit a castris eius priuilegia durant post annum a die missionis ibidem. numero. 16 folio. 39.
Militi testanti filiuz scienter preterire vel exheredare licet. de testamen. in rub. nu. 79. fo. 8.
Militem arma scire magis q̃ iuradecet. de testamẽ. mili. §. suprà dicta. nu. 1. fo. 35.
Milites nostri temporis an sint milites. de testamen. mili. in rub. numero. 10. fo. 34.
Et an torqueri possint ibidem. nume. 11. fo. 35.
Milites nostri temporis carcerari non possunt ibidem. nu. 12.
Milites extra expeditionẽ degentes debent in testamentis obseruare solennitates iuris communis. de testamen. mili. §. illis autẽ. nu. 1. ⁊ 5. fo. 35.
Militibus remissa est omnis solennitas testamenti ⁊ liberum arbitrium in testamentis eius tamen volũtas probari debet per duos testes adminus. de testamẽ. mili. §. plane. numero. 2. ⁊ 4. folio. 36.
Militia an sit dignitas. de testamen. mili. §. sciendum. numero. 15. folio. 41.
Mitius agitur cum deo q̃ cum homine. quibus permis. est fa. testa. §. item prodigus. nu. 24. fo. 49.
Mitius agitur cum lege q̃ cum homine. ⁊ nume. 19. ⁊ 25. quibus permis. est fa. test. §. item prodigus. nume. 23. 19. ⁊ 25. fo. 49.
Monachus an possit esse testis in testamẽto in quo monasterium fuit institutum heres. de testamen. §. sed nec ꝫ. nu. 4. fo. 26.
Monachus qui non obedit priori priuatur consortio fratruz. de testa. mili. in rub. nu. 6. fo. 34.
Monachus senior preponitur iuniori: fallit tamen si monachus iunior efficiatur doctor: q̃ prefertur seniori. de testamen. mili. §. sciendum. nu. 33. fo. 42.
Monachus vendi non potest per monasterium: sed ab ipso aliuz sicut filius a patre. de exhere. lib. §. alienus quoq;. numero. 14. folio. 59.
Monstrum nõ dicitur homo habẽs duo capita. de exhere. lib. §. posthumi. nu. 5. fo. 51.
Monstruosi homines an baptizari debeant. de exhered. libe. §. posthumi. numero. 7. fo. 51.
Monstruosum hominem interficiens an debeat puniri vt homicida. de exhere. libe. §. posthumi. nume. 6. fo. 51.
Morti proximus siue in extremo vite constitutus an possit testari. qui testa. face. pos. §. item furiosi. nume. 36. folio. 48.
Mos dictio quid importet. de exhere. libe. §. mater. numero. 9. fo. 55.
Mulier an possit esse testis in testamento. de testamen. §. testes autẽ. nu. 1. ⁊ 10. fo. 13.
Mulier potest esse testis in omnibus casib⁹ excepta causa testamenti. de testa. §. testes autẽ. nu. 11. fo. 13.
Mulier an possit esse testis in relictis ad pias causas. de testa. §. testes autẽ. nu. 12. fo. 14.
Mulier in codicillis est testis idonea ibidem. nu. 13.
Mulier an possit esse testis idonea in codicillis. de testa. §. testantem. nume. 16. fo. 14.
Et quid in causa criminali an mulier possit testificari ibidem. numero. 17. ⁊ 20.
Mulieri dicenti aliquem secum se vi immiscuisse an credatur. de testa. §. legatarijs. nu. 11. fo. 27.
Mutuans existenti in lodo an possit repetere. q̃ test. face. pos. §. item prodigus. nu. 4. fo. 48.
Mutus ⁊ surdus a natura an testari possit. de testa. mili. §. quinimmo. nu. 4. fo. 38.
Mutus qui scribere scit admittitur ad testificandum tam in causa ciuili q̃ in criminali: secus in testamento. de testa. §. testantẽ. numero. 19. fo. 14.
Mutus ⁊ surdus insimul miles testari potest. de testa. mili. §. q̃nimmo. nume. 3. fo. 37.
Mutus que loqui non potest nec scribere scit non potest dare libertatẽ. de testa. in rub. nu. 85. fo. 8.

De litera. N.

Nauta an possit testificari in causa domini. de testamẽ. §. pater. nu. 52. fo. 25.
Nepos preteritus tunc rumpit testñ qñ subintrauit ĩ locũ sui heredis viuo auo. vt q̃ pater suus decessit viuo auo. de exhere. lib. §. posthumoruz. numero. 7. fo. 53.
Noctis pars media versus diem tendentis dicitur pars diei sequentis. qui testa. face. pos. §. preterea. numero. 10. fo. 46.

Nomen heredis an debeat exprimi siue scribi p manū te
Nostra statoris. de test. in rub. nu. 63. ⁊. 74. fo. 7.
Notarius res dicitur in qua solum habemus vsufructū. de exhere. lib. §. alienus. nu. 1. fo. 58.
si dicat: vt apparet in tali instrumento a me viso ⁊ lecto an istud faciat fidem licet originale nō p̄ducatur. de testa. §. nihil. nu. 27. fo. 29.

Notarius qui cancellauit instrumentum ⁊ post scripsit q̄ istud instrumentum probet. de testa. mili. §. sed ⁊ si quis. nu. 12. fo. 40.

Notarius an possit scribere i cartis rasis. de testa. §. nihil. numer. 3. folio. 27.

Notarius q̄ apponat signum in instrumentis an illud sit de substantia instrumenti. de testa. §. possunt autem. nu. 3. fo. 11.

Notarius ex aliqua causa puta de falso priuatus non pōt nona instrumenta conficere potest tamen instrumenta de quibus antea fuit rogatus perficere ⁊ idē in notario facto monacho. de testa. §. sed cum aliquis. nu. 16. fo. 17.

Notarius depositus propter delictū non pertinens ad notarie tus officium an possit instrumenta conficere. de testa. §. sed cū aliquis. nu. 59. fo. 22.

Notarius si aliter scripserit q̄ dictum fuerit si sit vir probus ⁊ bone fame p̄sumitur q̄ illud potius errore q̄ dolo illud fecerit de testa. in rubr. nu. 104. fo. 11.

Notarius condemnatus de falsō in alamania si in alia prouincia in qua hoc ignorabatur cōfecit multa instrumenta anualebunt de testa. §. sed cum aliquis. nu. 56. fo. 22.

Notarius publice exauctoratus per sentētiā an possit reponi in possessionem. ibi. nu. 57.

Notario qui in officio commisit falsum an possit per iudicem eius damnantē reseruari ius conficiendi instrumenta. de testa. mili. §. hactenus. nu. 22. ⁊. 26. fo. 39.

Notarij duo si sunt rogati de instrumento quorum vnus sit bone fidei alter malefidei instrumentum sustinebitur propter bonā fidem alterius. de testa. §. testes autem. nu. 14. fo. 14.

Notorium ⁊ snia an equiparētur. quibus permis. est fa. testa. §. itē p̄digus. nu. 14. ⁊. 17. fo. 49.

Notorie criminosus est ipso iure irregularis ⁊ suspensus ab officio. quibus non est permis. fa. testa. §. item prodigus numero. 10. folio. 48.

Notorietas non habet vim priuandi seu deponendi quantū attinet ad executionem facti nisi sit secuta sententia quibus p̄mis. est fa. test. §. item prodigus. nu. 13. fo. 49.

In notoriis necessaria est citatio ⁊ sententia. quibus p̄mis. est fa. testa. §. item prodigus. nu. 16. fo. 49.

Ex notorietate sola criminis nō inducitur effectus infamie. q̄bus permis. est fa. testa. §. item prodigus. nu. 15. fo. 45.

Nuncio afferenti aliquod signum: mittentis puta gladiū anulum vel claues ⁊c. an credatur. de testa. §. possunt autem. nu. 7. fo. 12.

De litera. O.

Obligatio naturalis est de iure gētiū. de test. in rub. nu. 15. fo. 4.

Offenso licet facere suam vindictam: q̄ō non potest facere per aliū. de testamē. in rub. nu. 69. fo. 7.

Ordinatus iam sunt quinquaginta anni si non extāt testes nec instrumenta ordinationis sue constat tamen per eos inter quo versatus est q̄ semper se gessit vt p̄sbyter an hoc sufficiat. de testa. §. sed cū aliquis nume. 42. folio. 21.

Originale si nō p̄ducatur: credetur exampliari reperto in camera cardinalis. de testamē. §. nihil. nu. 19. fo. 29.

Osculari se patiens vel manus ad mamillas apponere easdem penas patit ac si carnaliter adulterium commisisset. de exhere. lib. §. est autem. nu. 5. fo. 57.

De litera. P.

Pacem facere p̄ro pupillo an possit tutor de morte patris ipsius pupilli. de testa. in rub. nu. 13. fo. 3.

Pacis tēpus concedit otiū ⁊ quietem. guerra aūt calamitates ⁊ miserias. de testa. in rub. nu. 12. fo. 3.

Papa non poterit iudicare in causa p̄pria q̄ accusatur de crimine heresis vel de crimine notorio ⁊ esset scādalosus ⁊ incorrigibilis. de vulg. subst. §. si seruum. nu. 13. fo. 69.

Papa non pōt sibi eligere successorem eo tēpore quo nō est futurus papa. de testa. in rub. nu. 19. fo. 4.

Papa licet scienter participet cum excommunicato nō tñ intelligitur ipsum absoluere ab excōicationis sententia nisi exp̄resse absoluat ipsum. de testa. §. sed cum aliquis nu. 39. fo. 21.

Pape soli an credat. de testa. §. testātē. nu. 28. fo. 15.

Partem indiuidui faciens nihil fecisse videt. de testa. in rub. nu. 31. fo. 4.

Participium instituendi importat necessitatez. de hered. insti. in rub. nu. 1. fo. 56.

Pater in cuius potestate est heres nō est idoneus testis in testō. de testa. §. sed nec nu. 2. ⁊. 6. fo. 26.

Pater an possit consentire filio vt sibi patri donet causa mortis vel alteri fratri existenti in potestate eiusdē patris. qui test. fa. pos. §. non tñ. nu. 28. fo. 4.

Pater an possit esse testis p̄ro filio de testa. §. pater necnon. nu. 2. folio. 22.

Pater an possit esse testis in testamento filij militis. de testa. §. pater necnon. nu. 25. fo. 24.

Pater si legauit filio libros iuris ciuilis si efficiatur doctor in iure ciuili ⁊ si efficiatur doctor in medicina legauit sibi libros medicinales si postmodum efficiatur doctor taz in iure ciuili q̄ in medicina an habebit libros vtriusq; facultatis. de testa. §. sed cum aliquis. nu. 22. fo. 18.

Pater non est idoneus testis in testō. filij testantis extra castra ⁊ etiam in omnibus alijs negocijs indistincte. de testa. §. pater necnon. nu. 11. fo. 23.

Pater an possit esse testis in causa in qua filius agit causam p̄curatorio nomine alterius ⁊ quid econtra. ibi. nu. 12.

Pater spiritualis vt p̄latus vel per regenerationem vt qui a leuauit aliquem de sacro fonte vel crismate an poterit testificari p̄ro leuato. ibi. nu. 13.

Et quid in patre nutritio. ibi. nu. 14.

Pater potest p̄ro filio testificari quando tractatur de probanda etate. ibi. nu. 15.

Patria potestas est de iure ciuili. qui testa. fa. poss. §. nō tamen. nu. 13. fo. 43.

A patria potestate non liberatur filiusfamilias: licet efficiatur miles: ⁊ idem dicendū in doctore. qui testa. facere pos. §. nō tamē nu. 18. fo. 44.

A patria potestate nō liberatur filiusfamilias p̄opter etatē grādeuam etiam si esset sexagenarius. ibi. nu. 19.

Paulopost verbum denotat longum interuallum. de exhere. lib. §. mater. nu. 7. fo. 55.

Peculium est triplex de testa. mili. §. sciendum. numero. 3. folio. 41.

Peculium quasi castrense habere dicuntur p̄sbyteri ⁊ sacerdotes ⁊ diaconi: ⁊ in illis bonis testari possunt. de testa. mili. §. illis autem. nu. 18. fo. 36.

